mie inuenit ſanguis flux⁹ veniat aſine
q̄ portauit xp̄m in egyptū. ꝯ tales di.
Iraſcimini ⁊ no. pec. ¶ Septio de acci
dia ex q̄ ſtat ocioſus ⁊ piger vt nō poſ
ſit opari bona. ex de renū. c. niſi cū pri
dem. Ocioſitas ⁊ voluptas arma ſūt
hoſtis antiq̄ ad miſeras aīas captiuā
das. Dē exēplis pȝ de dō ocioſo q̄d fe
cerit. de Salo. de Sāſo. in ſinu dalile
O q̄t mala fiūt ſup apothecas dicūt
turpia ⁊ vba ocioſa. O iuuenes q̄d fi
ſtatis tota die ocioſi. ¶ Scđo tētat ex
oī latere. Pmo añ vt hoīem detineat
a bonis incepđ. o q̄t ſunt q̄ bonū inci-
piunt p dies alıq̄s ꝯtinuādo: ſꝫ ſuaſu
dyaboli cito deficiunt. Scđo retro: qꝛ
conat deducere hoīes ad pctā p̄terita
ad vomitū vt canis. Tertio a dextris
p pſpitatē. Deut. xxxij. Incraſſat⁹ eſt
dilect⁹ me⁹ ⁊ recalcitrauit vt faciat ho
minē obliuiſci de deo. vn̄ q̄ntus curti⁹
Fragilitad humane nimia in pſpis re
b⁹ obliuio eſt. ⁊ tit⁹ liui⁹ ſcđo bello pu.
Ferme eñ fit vt ſcđe res negligētiam
creēt. Quarto a ſiniſtris p tribulatio-
nes. ps. Cadent a latere tuo mille p
aduerſitatem. ⁊ decē milia a dextris
tuis p pſperitates: qꝛ ples abutunt p
ſperitate: vt de dauid Salo. Quinto
ſurſum: qꝛ ex peccato ſupbie ſue Adā



Digitized by Google

tentauit ex quo natura humana lapſa eſt. Sexto deorſum. q2 conat hoīeʒ deducere ad pditionem eternā. In vitis patrū interrogauit Macharí⁹ de quo plus letebaſ in mundo: ridendo reſpōdit. Quando mecū deduco aīam ad infernum ¶ Tertio pncipaliter tentat in omni tpe: ⁊ hoc quattuoꝛ tēpoꝛib⁹. ¶ Pꝛimo in pueritia vt inchoet habitum vitioꝝ: inobediens patri ⁊ matri ignoꝛat Pater noſter. Aue. Credo. cuʒ tamen teneaſ ſcire ⁊ doceri. de conſe. di. iiij. vos ante oīa. Fiunt ingrati: ladri. qđ contra. Eccl. vi. Filij tibi ſunt incurua illos a pueritia illoꝝ. Ad vos clamo: o patres p quibus rōnem reddetis in iudicio. ¶ Scđo in iuuentute vt ſequanſ concubinas: blaſphemias piuria: vſuras: que oīa iuuenes acquiſierunt a parentibus ſuis. Quid relinques in teſtamēto o pater filio tuo: vere lanceas: baleſtras: arcus: tabulerijā: cartas: datos. ¶ Tertio tentat in decrepitate vt nō attentat aīe pprie habens pedē iam in foſſa: ⁊ habēs oculos lippos ⁊ eat cū baculo. Contra tales dicif Thiere. iij. Bonū eſt viro ſi poꝛtauerit iugum ab adoleſcentia ſua. ¶ Quarto in ſomnis tentat ſm Tho. xij. q. xlvi. ar. vi. cuʒ ſint tria ſomnia. Quedā a natura: quedam a deo: quedam a diabolo. De his ſomnijs hoīes tentat qñ in eis apparet: in collationibus abbatis. Moyſi legiſ de heremita: cui demon apparuit in foꝛma boni angeli. Surge inqt ad laudandū deū ⁊ aliqñ poꝛtabat ei lumen ⁊ dicebat. Nauis talis ſubmerſa eſt: oꝛa pro aīabus illis: q2 ſunt in purgatoꝛio. Tandem oſtēdit ei in viſione celum apertuʒ ⁊ infernum di. Niſi iudeus fias nō intrabis celū. Judeus factus eſt ⁊ damnatus: vñ caute incedēdum eſt: q2 dicitur Eccl. v. Ubi multa ſomnia: ibi multe vanitates. ⁊ xxxiiij. c. eccleſiaſti ci. Multos errare fecerunt ſomnia. et xxvi. q. vij. nō inueniaſ in te qui obſeruet ſomnia. Clama contra ſeculares q̄ fideʒ facile pſtant. ¶ Sexto tentat in vigilia: q2 habet hanc ptātem: vt aerem iſtū poſſit cōdenſare. Quo facto viſus deludiſ. Exēplum patet puelle q̄ oculis oīm videbaſ equa. Monachi aūt ſancti Macharij cōpatientes ei rogarunt patrem p ea. Reſpōdit macharius. Oculi veſtri ſunt deluſi: non eſt equa ſed mulier: vnde aperuit oculos illoꝛum. Ad quod facit exēplum illud mirabile in libro quod dicif. Foꝛtalicium fidei: qđ in regno francie: cuʒ iudei maleficijs vterenſ: accidit ꝙ quidam iudeus factus eſt amicus cuiuſdam miniſtri iuſticie quem oꝛauit vt daret ei coꝛ hominis xpiani fingens velle p medicina pmittens ei. xxx. coronas auri: qđ factum eſt. Extraxit autem coꝛ a quodā xpiano queʒ iuſticia exigente ſquartarat ⁊ dedit vxori cuſtodiendum. Mulier aūt prudens coꝛ poꝛci dedit iudeo p illo xpiano. Judeus aūt credens ſe habere coꝛ xpiani ſepeliuit illud in quodam campo latiſſimo in q̄ paulopoſt venit magna multitudo poꝛcorum q̄ mutuo bella cōcitantes vnus nō remanſit quin ſe occideret: iudeus captus dixit. Qđ idem factū fuiſſet ſi coꝛ hoīs chriſtiani fuiſſet ibi ſepultum. Hoc ideo inqt iudeus feci: q2 in vigilia demon me ſeduxit: ⁊ q̄uis o aīa cara de tot ⁊ de tantis demon tentet noli tñ timere: q2 non pōt niſi q̄tum tu vis. vñ Tho. ij. di. xxi. ar. ij. dicit. Licet demonis potētia ſit maioꝛ potētate hoīs: tñ quo ad aliquid non eſt maioꝛ. ſ. quo ad liberꝫ arbitriuʒ qđ cogi nō pōt. Nam homo eſt dñs ſuoꝝ actuum. Demon aūt nō ſm Albertum ſup Luc. tria bona ſunt in demonibus de q̄bus p libito non poſſunt diſponere niſi tm̄ q̄tum a deo pmittitur. Pri

mum naturalis exiſtētia. Sunt em̄ na tura pulchri: nec quantum ad ſubſtantiā ſue nature ſunt turpiores angelis bonis: tamē in ſui natura ſubſtātia et decore nō poſſunt hominib⁹ apparere. Immo apparēt aut i corporib⁹ aſſumptis in tali deformitate: quod videntes contriſtātur. Ex hoc virgo noluit videre ipſum in morte. Vñ tho. ſupra dicit. Demon nō potuit aſſumere aliā formā pter ſerpentis quā euā ſeduxit. Scōm bonū eſt naturalis ſapiētia qua vellēt cōtra nos vti oīa aſtutia. Sed deus eos nō ſinit quia ſua clemētia illuminat nos ad vitādas ſuas fraudes dolos. ¶ Tertiū naturaliter potētia. Poſſent facere miranda: deludere ſenſus hois: vexare corpa ſpargere aquas maris ſuper terram. Turbare totā machinā: ſuffocare homines: ruere domos. Sed deus ſua bonitate nō ſinit: niſi quantum homo poteſt ei reſiſtere. Vñ dicit tho. j. par. q. cxiiij. Demō ſemel vict⁹ ab aliquo nō ampli⁹ eū tentat: niſi ad multū tpis. Et hoc duplici rōne. Primo diuine clemētie qua ſeruos ſuos nō patitur vexari ſupra vires. Scōo ratione ſuperbie: qꝛ nō poteſt pati quod ſuperetur ab hoie inferiore ſue nature. Ideo mat. iiij. Demon qui tentauit xpm in deſerto: amplius non moleſtauit vſq ad paſſionē. Ad quod facit exemplū illud mirabile de monacho anaſtaſio: q. c. demones habuit quattuor annis ad tētationē: quos poſt reſiſtentiā tāti tēporis habuit ad obediētiam: et ſubiectionem: ita quod ad eius pceptū fecit monaſteriū p centū monachis: cū oībus officinis. Aquas a longe deducētes p aqueduct⁹ ſub terraneos. Et math. viij. de quodā demone cū expelleret a quodā: petijt a xpo igredi porcos: quaſi non auſus p ſemet ingredi. et iob. j. de licētia dei ſuit vexatus. Omi etiā nō pñt cognoſcere cogitationes hoim. Unde patet ſecūdum.

¶ Tertiū dicit et c. Ad ipſum demones debellandū ſunt quinque remedia: q etiā ſunt neceſſaria ad defenſionē vnius caſtri ciuitati ſue debellate ab inimicis.
¶ Primum eſt: ſuccurſus populorum.
¶ Secundū eſt: prouiſio munitionū.
¶ Tertium eſt: reſiſtentia inimicorū.
¶ Quartum eſt: fidelitas militum.
¶ Quintum eſt: ſollicitudo cuſtodie.
¶ Primū et c. Ciuitas capitur ab inimicis: qñ deficiūt milites et populi: q eas defendāt. Conſtātinopol. Capha. Boſſina. Barra. Grecia. Theſſalia. Marra. Peloponeſum. Trabeſcunda. He ciuitates fuere capte a turcis: qꝛ nō fuere defenſate a xpianis. Remediū iſtud oportet haberi contra demones: q pugnant contra caſtrū anime noſtre. Et hoc eſt refugium orationis. Qđ patet figura. et auctoritate. pmo figura. Exodi. xvij. De moyſe orante: qñ pple pugnabat contra amalechitas: et ipſe tenebat manus depreſſas: populus perdebat. Et qñ tenebat altas vincebat: In ſignū quod oratio eſt victoria cōtra inimicos. Scōo auctoritate mat. xv. Hoc genus demoniorū in nullo pōt exire: niſi in oratione et ieiunio. Que oratio debꝫ fieri tribus generib⁹ pſonarum. Primo ieſu xpo q eſt aduocatus apud patrē hiero. ad euſt. Itaq oī auxilio deſtitutus ad ieſum iacebā. pedes rigabā lachrimis crine tergebā. Scōo marie Ber. In piculis: in anguſtijs: in reb⁹ dubijs mariā cogita: mariā inuoca: nō recedat ab ore tuo: non recedat a corde. Tertio oibus ſanctis. Iob. v. voca ergo ſi eſt qui tibi reſpōdeat. et ad aliquē ſanctorum cōuertere. ¶ Secundū et c. Ut bombarde. ſcbiopeti. paſſauolanu. zarobotani. archibuſi. baleſtri. Iſtud remediū cōtra demonē: eſt humiliatio ſui. Vñ ē quod plēs nō ſe corrigūt: qꝛ non ſe cognoſcāt. Zac. j. c. j. Hec enim prauitatis eſt cauſa ignoratio ſui. Antonius vidit ro



Digitized by Google

rum mundum laqueis plenum dixit. O quis poterit vitare iſtos? Reſponſum eſt. Antoni ſola humilitas. Et dauid de ſeipſo. Humiliatus ſum: ⁊ liberauit me. Diabolus eſt ſuperbus: ⁊ humilitatē abhorret. Unde dixit diabolus antonio. Si tu vigilias: ego non dormio. Si ieiunas: ego cibum non capio: in ſola humilitate me ſuperas. ¶ Tertium eſt ⁊c. Iſtud eſt meditatio paſſionis xp̄i. ij. Paral. xx. Cum ignoramus quid agere debeamus hoc ſolū habemus reſidui: vt oculos noſtros dirigamus ad te. Grego. Si paſſio chriſti ad memoriam reducitur nihil eſt adeo durum quod non equo animo toleret. Figura de Marath fluuio Exo. xi. ¶ Quartum eſt. Fidelitas. Ephe. v. In omnibus ſumentes ſcutum fidei. Quod ſignatur in quodā fideli notario apud conſtantinopolim. De quo legitur. Quod cum quidam magus duxiſſet eum ad quendam locum vbi ſtabat maxima multitudo demonum: vnus eorum in throno ſedens interrogauit ſi ſeruus ſuus vellet eſſe. At ille ſignauit ſe dicens. Ego ſum ſeruus ſancte Trinitatis. Audito hoc nomine Trinitatis ⁊ viſo ſigno crucis: omnes diaboli fugerunt. Cum igitur ad eccleſiam ſancte ſophie fuiſſet: imago chriſti que ibi erat oculos vertebat ad ipſm quocūq; iret: acſi ipſo facto diceret chriſtus. Quia cōfeſſus eſt me corā diabolis in terris: ego confitebor te coram patre meo in celis. ¶ Quintum eſt ⁊c. Ut quando fiunt bone vigilie clamādo de turrione fac bonam cuſtodiam de turre inferiori. Iſtud remedium: eſt aſſidua bona operatio hiero. de conſe. di. v. Nunq̄ ſemper aliquid boni facito: vt diabolus te ſemper inueniat occupatum.

¶ Feria ſecūda prime hebdomade. xl.

¶ De iudicio vniuerſali.

Ibunt hi in ſupplicium eternū: iuſti autē in vitā eternā. Math. xxv. c. Sm ſententiā aug. Si aliqs eſſet qui de tota ſcriptura nihil aliud ſciret niſi ſolū p̄ſentem lectionē: hoc ſolum ſufficeret ſibi ad ſalutē. Ideo qꝫ in ipſa cōtinetur bonum ⁊ malū: ſaluatio ⁊ perditio hoīs. Cū venerit inquit euāgeliſta filius hominis in maieſtate ſua: ⁊ omnes angeli cū eo: cōgregabunt ante eū oēs gentes. Sm tho. in. iiij. di. xlvij. Duplex eſt iudicium quo homo iudicatur. Unum particulare: in quo iudicatur ſm opa ſua. De quo Eccl. xli. hoc iudiciū a deo omni carni. ⁊ Apoc. xiiij. Opera enim illorū ſequūtur illos. Aliud eſt vniuerſale: de quo hodie fit mentio. In quo congregabūtur omnes gentes ante iudicem: boni et mali. Et quia vt habet phs. iij. topicorum. Ineſt deo iuſticiā facere. Ideo cuilibet dabit qd̄ ſuū erit. Hic eſt ille equiſſimus iudex: q̄ facta noſtra omnibus notificabit. Naū. iij. Reuelabo pudēda tua in facie tua: ⁊ oſtendā cūctis gētib' ignominiā tuā. Eccleſia. Liber ſcriptus p̄ferſ in quo totū cōtinetur. vnde mundus iudiceſ. Iudex ergo cū ſedebit: quicquid latet apparebit: nil multum remanebit. Hic eſt qui rationē exiget de anima noſtra. Ideo ſcriptura deutero. iiij. Cuſtodi te metipſum: ⁊ animā tuā ſollicite. Hic eſt qui rationē exiget de tēpore. Eccle. vi. Fili conſerua tempus ⁊ declina a malo. Conſerua tēpus: qꝫ breue. j. ad Cor. vij. Tempus breue eſt. De quo in. iiij. phiſ. Nihil habemus de tēpore niſi nunc. i. preſens tempus: quia precioſum Berna. Nihil precioſius tempore. Cum venerit inquit filius hominis: congre. ante eum omnes gentes.

Boni ⁊ mali. Bonis dicet v͂bū ſalutis. Venite bn̄dicti patris mei poſſidete vobis paratū regnū a conſtitutiōe mūdi. Malis dicet verbū perditiōis. Ite maledicti in ignem eternū. Unde dicunt aſſumpta verba. Ibunt hi in ſupplicium eternum. De quo iudicio tria ſunt videnda.

¶ Primum: verificationis.
¶ Secundum: ordinationis.
¶ Tertium: conſumationis.

¶ Circa primū. Querite dubiū. vtrum iudiciū vniuerſale ſit futurum. ¶ Ad hoc due opiniōes fuere. Una eſt ꝙ nō Altera ꝙ ſic. Pria ꝙ nō ſit ꝓbat. Iuſticia requirit ꝙ vna res ſemel bene iudicata: bis nō iudicet: vt pz .ff. de officio procō. l. Obſeruandū. Et .ff. de iudiciis. in l. iudex. ⁊ .xx. q. v. c. Iudicantem. Ad ꝓpoſitū. Deus eſt iuſtus iudex: cū hoiem iudicet in morte. iuxta illud Apoc. xiiij. Opera eni͂ illoꝝ ſequūtur illos. Ideo iterū nō debz iudicare in vniuerſali iudicio. Un̄ Naum primo. Nō iudicat deus bis in idipſum. Et hoc fundamēto Saducei moti ſunt ad negandū reſurrectionem.

¶ Alia opinio dicit ꝙ ſic. Quia hodiernum euāgelium loqtur de hoc. Ad hanc officialitatem rn̄deo ſm Tho ſ. Tho. in. iiij. di. xlvij. Et magiſtrum in iiij. di. xlviij. et alex. iiij. diſt. xlviij. Et Bon. in iiij. di. eadem ponit hanc concluſionem. Quod iudicium vniuerſale omnino eſt futurum. Que ꝓbatur rōnibus auctoritatib⁹. Rōne triplici.

¶ Primo: ratione diuine iuſticie.
¶ Scdō: rōne diuine ſapientie.
¶ Tertio: rōe ꝑfectiōis hūane nature

Primo ⁊c. Ad diuinā iuſticiā ptinet malos ꝑdere: ⁊ pūire eos ſm demerita vt pz .xii. q. ij. c. Cū deuotiſſimā. ⁊ l. Ita vulnerat⁹ .ff. ad. l. aqliā. ⁊ .C. d fur. l. ſi qs. ⁊ .ff. de pēis. l. ſi capitaliū. Hec aūt iuſticia: cū ſit ꝑclariſſima virtutū vt hz phs. v. ethi. maxie hz repiri i deo. Quia vt dicit ſctūs Tho. i pte. q. xxi. ar. i. Cū quo eſt cōmentator. Omne qđ eſt potiſſimū deo eſt attribuēdum. Si reperitur in hoibus: inuita magis in deo. Sed nota ſm Alber. ꝙ quattuor hñt repiri in deo: q̄ nullo mō pñt repiri in hoie taliter. Primū eſt potētia infinita. Et hāc potentiā oſtēdit mūdo: qñ ipſum de nihilo patrauit: ſ'uxta illđ. Terrā et mare tu creaſti. Scđm eſt ſapia īfinita. ps. Oīa in ſapia feciſti. Ro. viij. O altitudo diuitiarū ſapie ⁊ ſcie dei. Tertiū ē mia vnā oſidit mūdo in in expectatiōe peccatoꝝ. Iſa. ij. Expectat nos deus vt miſereatur noſtri. Quartū eſt iuſticia. Sed hāc mūdo plene non oſtendit. Quod apparet Uidim⁹ eni͂ mala fieri. Unus deum vituperat. Alius vſuras cōmittit. Alius nigromantiam ſeqtur. Alius aſaſinat pauperem: verūtamen tales nō puniūtur de ſcelenbus ſuis. Un̄ Dauid. Uidi impiū ſup exaltatū. Et alibi. zelaui ſup iniquos pacē peccatoꝝ videns ⁊ iob. admirans. xxi. dicit. Quare impij viuūt ſublimati ſunt cōfortati ſūt diuitijs vere dormit ⁊ ſurdus effect⁹ eſt. Iohan. viij. Ipſe vero dormiebat. Ad ꝓpoſitum. Si iuſtus eſt. debz iuſticiam facere in peccatore: i in preſentiarū nō hz locū. ergo fiet i iudicio vniuerſali. Aliter de⁹ nō eēt iuſt⁹. Qđ eſt ī puerile. ij. Tū quarto. Bonū certamē certaui curſum cōſūmaui fi. ſer. de reli repoſi. eſt mi. corōa iuſticie: quā red. mi. iuſt⁹ iudex. ¶ Scdō rōne ⁊c. Ad diuinam ſapientiam pertinet ſublimare virtuoſos. Luce. i. Exaltauit humiles. Quia vt habet phūs. iiij. ethicō. honor eſt exhibitio reuerentie in teſtimonium virtutis. In eodē. Solus bonus ſm virtutem: eſt honorādus. Ro ij. Gloriam et honorem querētib⁹ vitā eternam. Ad propoſitū. Homies q̄ in

hoc mũdo viuũt iuſticie ſm lumẽ rõnis ⁊ obtẽperãt diuinis mãdatis: merent premiũ in teſtimoniũ virtutis: vt pꝫ p pħm i. ethi. Sed oppoſitũ videmus Quidã lapidati ſunt vt zacharias. ſte phan⁹. Alij gladio tranſuerberati: vt Hieremias. Alij ſecti vt Yſa. Alij exco riati: vt Bart. Alij in craticula poſiti: vt Laurentius. Alij lacerate carnes: vt vincẽtius. Alij auulſi dẽtes: vt. v. Apolonia. Alij oculi eruti: vt Lucia. Alij mãmille inciſe: vt agatha. Deus deuoto hoi dat anguſtias. Hodie occi dit puerũ cras equũ. Alia die aſellum dat infirmitates. Quum igit bõis cõ grua pmia hic a deo non reddãtur igi tur in iudicio quãdo aĩa corpi coniũ getur: glia ei contribuet. Et eſt hoc: vt habẽt Theologi in .iiij. aĩa habꝫ natu rale deſideriũ ad corpus ſuũ: et cupit vniri corpi et clamat quottidie illud Apo. vi. Uſqꝫquo dñe verus ⁊ ſanctus non vindicas ſanguinẽ noſtrũ. Et per oppoſitũ Illud iudiciũ fugiunt dam nati ratione huius vnionis aĩe ad cor pus ꝓpter maiorẽ penam. Uñ patet ſcḋa ratio: quomõ iudiciũ vl'e eſt ven turum. ¶ Tertio ſic ⁊c. Nã hũana na tura eſt imperfecta id eſt aĩa non eſt coniuncta corpi. Unde ſeparatio ani me a corpe eſt p accidens et contra eı⁹ naturalem inclinationẽ. Quia vt ha bet pħs. ij. de anima. Homo conſtat ex aĩa ⁊ corpore: ⁊ .iiij. Metheo. Homo mortuus non eſt homo niſi equiuoce. Ideo ad perfectionem ipſius nature humane conuenit animã coniungi cũ corpore. Que coniunctio erit in iudi cio. Et per conſequẽs erit iudiciũ vni uerſale quam veritatem confitet Pau lus. ij. corin. v. oẽs eñ nos manifeſtari oportet ante tribunal chriſti. ⁊ xxv. diſtin. cap. Qualis eſt hic quiſqꝫ egre ditur: talis in iudicio apparebit. Cum illa fide ⁊ iuſticia. ⁊ augu. xx. de ciui.

c. i. Tenet oĩs eccleſia dei veri xp̄m de celo eſſe venturũ: ad iudicandũ viuos ⁊ mortuos. Et Hiero. ad Aſellã de fi ctis amicis. Ante tribunal xp̄i aſtabi mus: ibi apparebit qua mẽte quis vi xerit. ⁊ Berñ. quadã ep̄l'a. Ueniet dies illa. qñ plus valebũt pura corda q̃ aſtuta verba: conſciẽtia bona q̃ marſu pia plena: qḋ quidem iudex ille nõ fle ctet donis nec fallet verbis. Uñ patꝫ veritas. ¶ Ad argumẽtum. Rñdet. ſ. Tho. in .iiij. di. vbi ſupra. Omp̄s deus in iudicio bis non iudicat hoiem. Si eñ punit animã in morte nõ punit re tũ hoiem. Q2 aĩa non eſt hõ ſed pars hois. Ideo cũ totus peccauerit corpe ⁊ aĩa: totus puniẽdus eſt: aut pmian dus. Iudiciũ quo nũc iudicat: iudicat anima nõ corpus. Ut igitur premietur aut dãnet in vtroqꝫ hoie: opꝫ iudiciũ eſſe venturũ. Uñ pꝫ primũ myſteriũ. ¶ Secundum ⁊c. Ordinabitur autem iudicium ſcḋm Thomã quo ad tria.
¶ Primo quo ad locum.
¶ Secundo quo ad aſpectum.
¶ Tertio quo ad modum ⁊c.
¶ Primo ⁊c. Q2 ſup montẽ ſtabũt et in valle Ioſaphat que inter montem ſyon ⁊ oliueti ſita eſt. De quo Iohel. iij. Adducã oẽs gentes in valle Ioſa phat. et diſceptabo cum eis. Sed dubi um queritur. Quõ eſt poſſibile q̃ ibi ſtet tãtus ppl's: cũ vallis illa ſit pua: Ad quod dicit magiſter in .iiij. Quod quotquot. hoies potuerũt ibi ſtare: ibi erũt. alij vero circa vallem erũt. Alij p pinquius quidã vero remotius. De ſan ctis vero dicit: q̃ erũt in aere cuꝫ xp̄o. iuxta illud ap̄li. i. Theſſa. iiij. Rapie mur cũ illis: obuiã xp̄o in aera. Et ita dicit ſctũs Tho. in quolibꝫ. x. ar. ij.
¶ Secũdũ ordinabit ⁊c. Quia ſũt vi ſuri xp̄m boni ⁊ mali. Sed nota ſm Theologos q̃ bõi videbũt euꝫ in glia diuinitatis ⁊ hũanitatis cũ idẽ ſũdita

Digitized by Google

re cordis. qꝛ in primo gl'iam expecta-
bāt iuxta illud. Yſa. xxxiij. Regē in de
core videbūt. Sed ꝑ cōtrariū mali vi-
debūt in hūanitate in forma terribili
priuati viſione diuinitatis: iuxta il-
lud Yſa. v. Tollatur impius ne vi-
deat gloriā dei. Et qua viſione: o aīa
cara: grādis erit planctus illis repro-
bis. De quo Criſo. ſuper Mat. Plan-
gent iudei videntes viuentem ⁊ iudicā-
tem: quem quaſi mortuum eſtimabāt.
Plāgent gentiles: q̄ vanis diſputatio-
nibus decepti ſtulticiā putauerunt de-
um colere crucifixū. Plangent xp̄iani
peccatores: qui magis dilexerūt mundum
q̄ deū. Practica ſuper iſtos generatio-
nes. Fac orationē o xp̄iane: vt det ti-
bi gratiā deus plāgendi peccā tua hic:
ne fleas in valle Joſaphat. Quod bñ
Job petebat. x. c. Dimitte ergo me vt
plangam paululū dolorem meū ante-
q̄ vadam ⁊ non reuertar. ¶ Tertio or-
dinabitur ⁊c. Cōtemplātur doc. q̄ ad
ueniente mūdi fine qui ſoli deo eſt co-
gnitus: vt dicit. ſ. Tho. iiij. di. xliij. ar.
iij. Xp̄s ieſus cui conceſſum eſt a p̄re
facere hoc iudicium: ip̄m manifeſtabit
matri ſue: angelis: ap̄lis: ⁊ oībus aīa-
bus ſanctis. Mater mea inquit ⁊ vos
ſerui mei: aduenit tēpus quo mūdum
iudicem: vt electi mei premiētur in ce-
lo: ⁊ reprobi crucientur in inferno. Et
vos angeli preparate ad hoc negocium
peragendū. Ad vocem eius letabuntur
omēs. Et rōne iuſticie. iuxta illud. ꝑs.
Letabitur iuſtus: cū viderit vindictam
Et rōne premij: qꝛ premiū expectabūt
Et ſicut rex tēporalis in regno ſuo. iiij.
ſolet obſeruare: quādo vadit dare ali-
quā ſniam diffinitiuam. Ita rex ſpūa-
lis xp̄s ieſus: hec obſeruabit. Primo p̄-
mittūtur tibi ciues cū tubis: q̄ hñt ci-
tare ptes. Scdo p̄mittūtur ſerui ⁊ do-
micelli. Tertio aſſociat ipe cū ſuis ſe-
natoribus ⁊ cāmerarijs. Ita xp̄s fa-
ciet. ¶ Primo p̄mittet tibi ciues. Qui
erūt quattuor āgeli dicētes alta voce
ad quattuor ptes mūdi. Surgite mor-
tui. venite ad iudiciū. Sic ad occiden-
tē: ⁊ alias ptes mūdi. Et ſubito omēs
aīe q̄ ſunt in paradiſo: ⁊ in inferno ⁊ a-
lijs locis diſperſi: veſtiēt corpa ſua: et
miniſterio angelor̄ colligent pulue-
res. ⁊ coniūgent aīabus ſuis. ⁊ ſic fiet
generalis reſurrectio corpor̄. De hac
Tuba loq̄tur ap̄lus. i. Cor. xv. Canet
enī tuba. ⁊ mortui reſurgēt. Utrū aūt
illa tuba erit materialis: aut non. Du-
plex eſt opinio. Una Ricar. iiij. diſti.
xliij. Uox huius tube nō eſt cā efficiēs
reformationis corpor̄: qꝛ impoſſibile
eſt: q̄ tuba habeat hūc effectū erit ta-
mē inſtrumētum diuine iuſticie: ita q̄
erūt materiales. Alia opinio eſt Tho.
ſuꝑ ep̄las pauli. Quod vox iſtius tu-
be eſt vox xp̄i. Sed dicit tuba ad ſimilitudinem tu-
be veteris teſtamēti: q̄ habebat conuo-
care hoies ad mouēdum caſtra: ad cō-
ſiliū. ⁊ huiuſmōi. Ita vox xp̄i ad cōdu-
cendum hoies de ſepulchris ad iudici-
um. Que vox erit valde terribilis. Et
non immerito. Quia ſi xp̄us mortalis
fuit tā efficax ad reſuſcitandū lazarū
quando dixit lazare veni foras: q̄to
plus immortalis. Figuratiue de hac
voce habetur Gene. iij. Si adā timuit
vocem dei. adā vbi es et abſcondit ſe
⁊ tñ illa voce erat mie vt parceret illi
ſi veniā poſtulaſſet q̄to magis time-
būt reprobi: q̄ in inferno erūt dānan-
di voce dei que erit ſeuere iuſticie. De
hac voce Hiero. ſuꝑ Mat. Quotiens
diē iudicij cōſidero toto corpe contre-
miſco. Siue enī comedā ſiue bibā: ſiue
aliq̄d aliud faciā ſemꝑ videt̄ illa tu-
ba terribilis iſonare aurib⁹ meis. Sur-
gite mortui vēite ad iudiciū. ¶ Scdm
q̄d facit eſt qꝛ p̄mittit domicellos: cū
inſignijs regis. Sic xp̄s p̄mittet oīa in-
ſtra paſſiōis q̄ itra ſe erūt reformata.

Cū cruce: corona: lācea. ⁊ aliis. Et hoc
ad cōfusionē pctōrum. De hoc loqtur
Mat. xxiiii. Signū filii hoīs appebit
in celo. De quo ecclia. Hoc signum cru-
cis erit in celo: cū dn̄s ad iudicādum
venerit. Quale hoc signum o pater.
Marzochus. Anguis. Serra. Lupa.
Aquila alba ⁊ nigra. Non Sed arma
xpi. Cōtra dn̄os tpales q̄ nūc nō crucē
ſed iſignia ſua i capellis ⁊ eccleſiis po
nūt. Un⁹ p armis ſuis pticacū. Alius
cūnā naſicā ⁊c. Sed q̄rit aīa chara du
biū. Quis feret hoc vexillū cruc̄. Qui
dā p̄dicāt q̄ Ioh. bap. Alii q̄ petrus
alii q̄ paulus. alii aūt magnis vocib⁹
Frāciſcū extollūt quē ſic etiā depigūt
Clama. Stoliditas. Soliditas Stoli
ditas. Quia theologi volūt q̄ erit mi-
ſterio āgeloꝝ. ¶ Tertiū qđ facit rex ē
qr de palatio ſuo deſcēdit cū mlierib⁹
Sic xp̄s q̄z cū m̄re ſua āgel' ⁊ tota cu
ria celeſti: veniēt ſup mōtē oliueti iux
illō. Iſa. iii. Dn̄s veīt cū ſenat oīb⁹ ī re
Et ſic ſcti reſūptis corpib⁹ obuiā fiēt
xp̄o in aera. Et ſic erūt a dextris boni:
mali aūt a ſiniſtris. Sed dubiū q̄ritur
Utrum mali reſurgēt in hoc iudicio.
Quibuſdā videt q̄ nō. p v̄bis dauid.
Nō reſurgēt ipii in iudicio: neq̄ pctō-
res in cōſilio iuſtoꝝ. Ad quos r̄ndent
theologi. Qđ in iſto iudicio: erūt tres
dr̄ie pſonaꝝ. Quidā iudicabūt: ſ nō iu
dicabūt vt apli. De qb⁹ Mat. xvii. Se
debi[tis] ⁊ vos iudicātes. xii. tribus iſrl'.
Quidā iudicabūtur ad gl'iaꝫ ſuſcipiē
dam. Et hi erūt boni. Quidā iudica-
būtur ad dānationē eternā: ⁊ hi erūt
mali. Surgent ergo tam boni q̄ mali.
Sed dubiū querit. Surgent ne pueri
qui cū pctō originali deceſſerūt. R̄n-
deo q̄ ſic. Sed ad quid Reſpondeo ſe
cūdum Alber. ad faciendum duo. Pri
mum ad reaſſumptionem ſuorum cor
porum: qr vt dictuꝫ eſt ſupra prima p-
te Natura anime eſt vt velit cōiun-
gi corpori: quia eſt forma ſua. Secū
dū ad accuſandum parētes: quorū de
fectu mortui ſunt ſine baptiſmo. Cla-
ma cōtra matres. O ſi ponerentur au-
res ad latibula audirētur voces pue
rorū occiſorum clamantiū. Uindicta
vindicta dn̄e deus cōtrā matres n̄ras
crudeles. Ad ppoſitum redeam⁹. Ma
li ergo erūt a ſiniſtris ⁊ bōi a dextris.
Et quia vt h꞉ Tho. ii. ii. q. lxvii. ad. vi. ⁊
ff. de officio preſidis. l. Illicitas Iu-
dex non debet iudicare niſi ſm̄ allega
ta. Ideo cōtra reprobos. vi. teſtes erūt
¶ Primus erit natura angelica Iob.
xx. Reuelabūt celi iniquitatem eius.
Ideo dicitur Lu. xxi. Qđ virtutes ce-
lorum mouebūtur. i. poteſtates ange-
lice vt peccatores accuſent: ⁊ ɔtra eos
teſtimonium ferant. Practica ſup om
nes ſtatus peccatorū. Et contra mulie
res manicarum cocinearū. ¶ Secun-
dus erit demon. De quo Auguſtinus.
Dicturus eſt eī ille aduerſari⁹ noſter
i iudicio. Equiſſime iudex: iudica hūc
eſſe meū ob culpam: qui tuus voluit
eſſe per gratiam. Tuus per naturam
meus per miſeriā. Tuus ob paſſioneꝫ
me⁹ ob ſuaſionē. Tibi inobediēs mihi
obediēs. A te accepit imortalitatē ſto-
lam: a me accepit pannoſam qua indu
tus eſt tunicā. Tuam veſtem dimiſit
⁊ cum mea huc venit. Equiſſime iudex
iudica hunc meum eſſe: et mecum eſſe
dānanduꝫ. Ille. ¶ Tertius erit cōſcia
Ro. ii. Teſtimoniū reddente illis con
ſciētia ipſum Hiero. ad Ocea Aderit
dies illa in qua facta n̄ra quaſi i qua-
dā tabl'a picta mōſtrabūtur. ¶ Quar
tus erit totus mūdus. Greg. in home
lia. O q̄ anguſtie tunc erunt vndiq̄
vie reprobor̄: ſuperius erit iudex ira-
tus inferius horrendum chaos: a dex-
tris peccata accuſantia: a ſiniſtris infi
nita demonia ad ſupplicium trahētia
intus conſcientia mordens. foris mū-

Digitized by Google

ctus ardens. Miſer peccator ſic depre⸗
henſus quo fugiet. ¶ Quintus erunt
corpora celeſtia. Luc. xxi. Erunt ſigna
in ſole ⁊ luna ⁊ ſtellis. Primo in ſole
nõ quo ad priuationẽ luminis cuȝ ſit
naturalis: ſꝫ fiet p diuinã virtutẽ. Se⸗
cundo in luna ⁊ nõ dabit lumẽ ſuũ cũ
illud habeat a ſole. Tertio in ſtellis: qꝛ
cadẽt de celo nõ quantũ ad earũ ſub⸗
ſtantiã: cũ ſint incorruptibiles: ſed ſm
apparentiã: qꝛ comas igneas emittẽt.
Preterea vt hꝫ hiero. dicit ſe vidiſſe i
annalibus hebreoꝝ de. xv. ſignis que
habẽt pcedere hoc iudiciũ. Et ꝙ pri⸗
ma die maria oĩa ſe erigẽt. xv. cubit⁹
ſupra oẽs mõtes. Scdm in ſcda die in
profundo deſcẽdet. Tertiũ ꝙ fient ter
remotus tã magni ꝙ oĩa alta edificia
pſternẽt. Que ſigna breuitatis cauſa
omitto. Quib⁹ pmiſſis exibit ignis ab
dibus ptibus mũdi: ⁊ aſcẽdet ſup oẽs
mõtes ac purgabit oĩa iuxta illud ps.
Ignis ante ipm pcedet ⁊ inflãmabit
in circuitu inimicos eius. Terra etiã
plana ⁊ oĩa elemẽta purgabunt. Sole
ſtante in oriente. ⁊ luna in occidẽte vt
fuerũt creata. Ceſſabit oĩs motus An
tichriſtus occidet ab archangelo Mi
chaele ⁊ fiet mũdus nouus. ſm illud
Apoca. xxi. c. Vidit celũ nouũ ⁊ terrã
nouã. Et ſm alber. Veniẽt paruuli in
aliqbus latibulis huius mũdi nõ con
denſatis aquis q̃ dñm deũ laudabũt
vt ipſe ponit ſuper Lucã. Vñ. ptꝫ. ꝗ.
¶ Tertiũ dicit ⁊c. Iudei xps teſtibus
auditis ad electos ſe vertet: dicẽs eis
tria verba.
¶ Primũ dicit vocationis.
¶ Scdm dꝛ benedictionis.
¶ Tertiũ dꝛ premiationis.
¶ Primũ ⁊c. Venite o mater mea q̃
me genuiſtis: portaſtis: lactaſtis. Et
vos oẽs ſancti. in hoc ſeculo certamen
habuiſtis. Venite qꝛ tẽpus gaudij eſt
O verba ꝯſolatoria. ¶ Secundũ dicit
benedictionis. In verbo benedicti. a
patre. a filio. a ſpiritu ſancto. ¶ Tertiũ
premiationis. In verbo poſſidete. Re
gnuȝ in quo nulla triſticia: ſed ſumma
iocunditas. In quo nulla malicia: ſed
ſumma alacritas. In quo nulla penu⸗
ria: ſed ſumma vbertas omniũ bonorũ
deſiderabiliũ. Et ſubdit cauſam tanti
boni dicens. Eſuriui enim ⁊c. Ubi enu
merat ſolũ opera miſericordie. Sed q̃
ris o anima chara: quare ſimplicit fit
mentio in hoc iudicio de operibus cha
ritatis. Reſpondet ambro. lib. officio⸗
rum dicens. Omnis ſumma chriſtiane
religionis ac diſcipline in miſericordia
et pietate conſiſtit. Contra tenaces et
auaros. Deinde vertet ſe ad malos cũ
voce terribilis: totus turbatus. Et tu
frater. N. Inclina caputium tantiſper
in oculis ad terrorem dicens. O ingra
ti. Ego propter vos factus ſum homo.
Incarnatus: deriſus: mortuus. Et vos
in omnibus inobediẽtes mihi fuiſtis.
Quapropter audite verba mea. clama
contra vſurarios: ⁊ omnes vitioſos in
hoc puncto. Ite maledicti in ignẽ eter
num qui paratus eſt diabolo ⁊ ange⸗
lis eius. Tunc dicent mali. Da nobis
tuam benedictionẽ. Quibus ille. Nõ:
ſed maledictionẽ. Secunda da nobis
aliquem locũ refrigerij. Quibus ille.
In ignem. Tertio. da nobis breuẽ ter⸗
minum. Ille eternum. Quarto. da no
bis aliquã bonam dulcem ſocietateȝ.
Ille. Qui paratus eſt diabolo ⁊ ange⸗
lis eius: quaſi volẽs dicere. Pro veſtro
domino habebitis luciferum pro ſo⸗
cijs alios minores diabolos. O vox ter
ribilis. O vox que pertranſibit ⁊ tranſ
uerberabit corda. O vox extra omnem
ſpem. Quibus dictis mali in ignẽ eter
num ibunt. iuſti in vitam eternã can⸗
tando. Te deũ laudam⁹. Et tu frater.
N. pone corrigiaȝ ad collum vertendo
ad crucifixum faciem: fac orationem

Digitized by Google

dicens. Te precor o ieſu pie per illum amorē quē tuliſti om̄i generi humano ꝓ quo reliquiſti paradiſum ⁊ veſtiſti te carne ac noſtra miſeria. Te precor per labores ⁊ anguſtias quas .xxxiij. annis pro nobis portaſti. Te precor inquā ꝑ illū aſperrimū ⁊ ignominioſuȝ ſupplicium paſſionis tue quā ſuſtinuiſti pro noſtra vltima liberatione vt populum iſtum in terra tua collocare digneris. Et tu o maria indefeſſa aduocata noſtra: implora ⁊ obtine nobis iſtaȝ gratiam: vt dum ſumus in hac lachrymarum valle faciamus talem penitentiā noſtrorum peccatorum ꝙ de numero electorum eſſe poſſimus.

¶ Feria tertia prime hebdomade quadrageſime de oratione.

Cum intraſſet ieſus hieroſolymā: cōmota eſt ciuitas dicēs. Quis eſt hic. mathei. xxi. Populi aūt dicebāt. ſ. inferiores. Hic eſt ieſus propheta a nazareth galilee. Et ingreſſus eſt templum. Quia vt dicit glo. Exemplū nobis dabat vt ſimilia faciam⁹. Math. vi. Primū q̄rite regnū dei. Et poſtꝙ̄ iuit i tēplū eijciebat oēs vendētes ⁊ emētes de tēplo. Sm ſententiam tho. in cathena. Sacerdotes ex auaricia ordinauerāt: vt i porticu ſalomonis oues ⁊ boues ⁊ columbe vēderent̄: ne. ſ. aliqs ex defectu hoſtie animalis ſacrificia intermittere cogeret̄. Vidēs aūt xp̄s talia furore repletus facto flagello de funulis om̄es eiecit dicēs: Scriptū eſt em̄. dom⁹ mea domus orōnis vocabit̄. ¶ Querit̄ difficultas a doctorib⁹. Quare xp̄s auſus eſt talia agere nō timēs eos. Reſpondet hiero. Qđ de facie xp̄i ꝯquidā fulgor mirabilis exibat q̄ om̄es in terrorē conuertebat: ei ꝯdicere non audebāt.

Et nunꝙ̄ legimus ꝙ xp̄s tantā vindictam exercuerit ſicut nunc. Multa em̄ opprobria ſepe audiuit: ⁊ nunꝙ̄ vindictam expetijt: vt qn̄ ei dictū fuit. Jo. viij. demoniū habes: ⁊ n̄ nūc turbatur. Vn̄ hoc o bone ieſu. Rn̄det albertus: q2 alie iniurie erāt ſue ꝓprie: ideo eas noluit vindicare. Iſta aūt erat iniuria patris ideo eā ſeuere vindicauit: vt doceret nos iniurias proprias debere dimittere: iniurias xp̄o dei vindicare ſeuere. Vn̄ dicit eis. Scriptū eſt. Domus mea ⁊c. Eccl'ia eſt domus dei q2 i ip̄a habitat mō ſingulari. Vn̄. ij. paral. vi. Elegi locū iſtū vt ſit nomē meū ibi in ſempiternū. Sȝ cōquerit̄. Vos aūt feciſtis illam ſpeluncā latronū. Acceſſerunt ad eū ceci ⁊ claudi ⁊ ſanauit eos. Pueri hoc videntes clamabāt. Oſanna filio dauid. Ex hoc idignati ſcribe di. Audis quāta iſti dicūt. Vtiqꝫ. Nunꝙ̄ legiſtis. Ex ore infan. ⁊c. Sm Albertū: Fuit honoratus ab angelis: a magis: a paſtorib⁹: a ſimeone: ab anna. reſtabat vt a pueris honoraret̄. Et relictis illis abijt foras extra ciuitatem ibiqꝫ docebat ⁊c. Applica. de orōne erit ſermo. de qua tria ſunt vidēda myſteria:

¶ Primū dicit̄ neceſſitatis.

¶ Scđm dicit̄ vtilitatis.

¶ Tertiū dicit̄ poteſtatis.

¶ Ad p̄mū dubiū q̄rit̄. Vtrū ſit neceſſariū orare. Circa hoc fuit duplex opinio. Vna antiquoꝝ ph'oꝝ: epicureoꝝ: ſtoicoꝝ: Egyptioꝝ ꝙ nō. Qđ ꝓbāt duplici medio. Primo ſic. Neceſſitas orōnis eſt ad hoc: vt intimem⁹ ei a quo petimus illđ quo indigem⁹. Sȝ mat. vi. dicit̄. Scit em̄ p̄r veſter celeſtis: q2 his om̄ibus indigetis: ergo nō eſt cōueniēs deum orare: igitur ⁊c. ¶ Secundo ſic. Per orōnes flectit̄ anim⁹ eius q̄ orat̄: vt faciat qđ ab eo petitur: ſed animus dei eſt immutabilis ⁊ inflexibilis. iuxta illud Mal. iij. Ego de⁹ ⁊ nō mutor

Digitized by Google

ergo nõ eſt cõueniens orare deũ. Alia
opi. dicit φ ſic: qꝛ hodie in euangelio
xp̃s dicit. Domus mea domus orõnis
vocabit. Ad hãc difficultatẽ rñdetur
ſm Tho. ij. ij. q. lxxxiij. ar. xj. Alexã. iiij.
ſum Ri. iiij. di. xv. φ oratio inter cete-
ra bona hoi eſt maxime neceſſaria ad
ſalutem. Que concluſio egregie pbat
iij. medijs. primo rõne. ſcdo auctorita-
te. tertio exẽplis. Ad rõnem. Cõcluſio
eſt phil. ij. phi. φ nihil põt tendere in
finẽ niſi p ea q̃ ſunt ad finẽ. Exẽplum
de infirmo qui nõ põt ſanari niſi p me
dia. ſ. p dietaꝫ ⁊ medicinas. Et de cul
tore vinee: qui nõ capit vinũ niſi pꝰ
vineã colat. Ad ppoſitũ. Finis noſter
eſt deus vt hñt theo. in. j. ſen. Ad queꝫ
finem nõ poſſumus puenire niſi p me
dia: qꝛ vt dicit phs. x. ethi. Non pueni
tur ad finẽ niſi mediãtibus medijs. q̃
finis eſt ſumme neceſſarius. iuxta il-
lud. ij. phi. Finis mouet agentẽ. Qui
finis nõ ſolum cadit ſub diuina pui-
dentia: ſed etiã debita neceſſaria ordi
net ad ipſum finẽ. Sed que ſunt illa
oſtendit Mat. xix. de illo legiſpito. d.
Quid faciẽdo vitã eternã poſſidebo.
cui xp̃s. Si vis ad vitaꝫ ingredi ſerua
mandata. Ad practicã. Non credas o
cũis φ ſis ſcriptꝰ in li. vite abſolute
⁊ ſimplr. Petrus ſaluabit. Martinus
Nicolaus: ſꝫ cũ ꝯditione mediãtibus
medijs ieiuniorꝝ: elemoſinarꝝ: lachry-
marum: ⁊ hmõi: qꝛ vt dicit Nico. de li
ra ſup. iij. Re. ix. φ pmiſſiones diuine
ſunt cõditionales. ⁊ Tho. in. q. de veri
tate. q. xxiij. ar. viij. φ ſi deꝰ reuelaret
alicui ſuam ſalutẽ debet intelligi ſub
cõditione ſi bene agat. Et p oppoſituꝫ
dãnabit ſi male agat quod. Aug. oñdit l
li. de pdeſtinatiõe ſanctorꝝ di. Fit aũt
cõditionaliter pdeſtinatio dei. Prede
ſtinati ſunt oẽs boni ad glãm ea con
ditione ſi fidẽ tenuerint: ſi obediẽtiã
ſi patientiã: ſi pacẽ: vſqꝫ ſuã cõditionẽ

vbi Augu. cõcludit φ neceſſaria ſunt
media ad ſalutẽ. Inter que pcipium
eſt oratio: nõ vt diuina voluntas mu
tetur cum ſit immutabilis: iuxta illõ
Boetij. Stabiliſqꝫ manans dans cun
cta moueri. ⁊ Aug. d natura boni. So
lus deꝰ eſt imutabilis. ⁊. xi. Metha.
Deus eſt mouens oĩa immobilis: ſed
vt obtineat pcibus noſtris φ ipſe ab
eterno diſpoſuit dare. Teſte Greg. iiij.
dyalogorꝝ. ⁊. xxiij. q. iiij. c. obtineri. ne
quaq̃ poſſunt que pdeſtinata nõ fue
rint: ſed ea que ſancti viri orando effi
ciunt: ita pdeſtinata ſunt vt precibus
obtineant. Nam ipſa q̃ꝫ perennis regni
pdeſtinatio ita eſt ab oĩpotenti deo
diſpoſita: vt ad hoc electi ex labore p
ueniant: quatenus poſtulando merea
tur accipere: qđ eis oĩpotens deꝰ an-
te ſecula diſpoſuit donare. Practica
notabilis. Promiſit ab eterno deꝰ da
re Laurẽtio paradiſum: ſed mediãte
martyrio: ſic aplis: ſic religioſis: ſic di
uiti mediante elemoſina: pauperi me
diante patientia. Qđ patet figura de
Cananea qui a finibus terre. Tyri ⁊ ſi
donis egreſſa ad ieſum acceſſit poſtu
lans p filia ſanitatẽ. Miſerere mei fi
li dauid. Cui xp̃s. iij. duritias ei oñdit
Primã: qꝛ verbũ ei nõ rñdit tanq̃ fa
tuam eã reputans. Scđam duritiam
qꝛ ouem dyaboli appellauit. Tertiaꝫ
qꝛ catulã eam dixit tñ conceſſit ei qđ
petebat. O mulier inquit magna eſt
fides tua. Fiat tibi ſicut vis. Ad ppo
ſitum. Si ab eterno deus pmiſit huic
cananee ſalutẽ filie: quare ipſam fatu
am dixit ⁊ tot opprobria. Ad qđ dicũt
theologi: qđ opus erat: qꝛ ſic ordinatũ
erat: vt mediãtibus medijs orõnis et
lachrimarꝝ ſalutẽ filie impetraret. Cõ
tra accidioſos qui nolũt facere bona
di. Quicquid a deo preordinatuꝫ eſt ne
ceſſe eſt oĩno vt eueniat. Benedixiſti.
Ordinauit eñi φ plãgas eas ad diuis

Digitized by Google

tas pdicationes audias: restituas ma le ablata. Iniuriam primo nõ facias. Cõcludam⁹ ergo sic. Per debita me- dia puenitur ad finẽ: sed inter ea sa- crificiu; orationis est potissimũ: ergo oratio est necessaria. ¶ Scdõ pbatur auctoritate quadruplici. Primo diui- nali. vnde Dauid cõmendans oratio- nez dicit. Subditus esto dño & ora eũ & Tho. xij. Bona est oratio cũ ieiunio. & .j. Pe. j. Omnes vnanimes in oratio ne estote. & Iaco. iij. Orate p inuicem vt saluemini. & doctor gentiũ Paulus Col. iiij. orationi instate: vigilãtes in ea. & xps in euange. Luce. xi. Petite & accipietis: querite & inuenietis. & de⁹ per os Hiere. xxxiij. Clama ad me: & ego exaudiam te dicit dñs. Quãtum sit deo charum q cum oremus appa- ret ex eo q nos tñ liberaliter ipse inui tat ad petendu;. Pauci sunt quo inui tant vt ab eis petatur: sed multi sunt qui fugiunt ne ab eis petatur. Refert Sen. q pauper Cynicus ab rege An- tigono petijt talentum. Respondit il le q plus esset q̃ sibi Cynico conueni ret: petijt denarium. Respõdit ille mi nus esset q̃ reges deceret dare. Et sic turpem viam excusandi inuenit. Cu; potuisset dare denarium tanq̃ cynico & talentum tanq̃ rex. Deus autẽ nõ se excusat: sed oẽs ad petendum inuitat immo vix inuenies ad qd tñ nos sua deat q̃ facit orationi. Ideo Aug. Nõ tñ hortaretur vt peteremus: nisi dare vellet. Erubescat humana pigritia: plus ille vult misereri q̃ nos a mise- ria liberari. ¶ Scdõ auctoritate Can. de conse. di. j. c. quãdo stamus. de con- secra. di. v. c. nõ mediocriter. c. nũq̃. et di. xxxvi. c. si qs. & .j. q. j. c. duo sunt ge nera. dicitur sine intermissione vigilet sensus: pariterq; anim⁹ ad dñm ten- dat. ¶ Tertio auctoritate ciuili. C. de precibus imperatori offerendis. l. nec damnosa. & C. de diuersis rescriptis. l. vniuersa. ¶ Quarto Poetali. Iuuena lis li. iiij. Orandum est vt sit mens sa na in corpore sano. Fortem posce animũ mortis terrore carentẽ. & Ouidius. j. de arte. Flectitur iratus voce rogante deus. & Boetius li. de cõso. Ut platoni placuit: in minimis q̃q; rebus diuinũ est auxilium implorandũ: vt patet eti am p Vale. li. ij. c. j. & lib. v. c. x. O quo modo staret italia: lombardia ppter tot mala que fiunt: nisi essent oratio- nes seruorũ dei: & tot cõuentus huius ciuitatis. ¶ Tertio pbatur exemplo. Ex chronica ordinis de beato Dñico: qui quattuor habuit nouitios. Unus erat valde humilis: alius erat valde patiens. terti⁹ erat auidus audire ser mones. alius libenter orabat. Quadã vice deum orauit: vt diceret ei horum cõditionem: cui apparuit angelus in persona dei di. O dñice primus me ce pit. Scdõs me tenet. tertius me ligat: quartus me vertit & ducit sibi obsequi vt vult. Oratio sancta que deu; facit ad nutum suum. Ad hoc ad argumen ta. Ad primũ dic q nõ est necessariu; nos deo porrigere vt ei nostras indigẽ tias manifestemus: sed vt nos cõside remus in his ad diuinũ auxiliũ esse re currendu;: sine quo nihil facere possu mus. Ad scdm dic q oro nostra nõ or- dinatur ad mutationẽ diuine bonita tis siue dispositionis: sed vt obtineat nostris pcibus: qd deus disposuit: vt dictu; est supra. Scdm pncipale &c. sunt quinq; vtilitates orationis.

¶ Primum est maloꝝ culpe remotio.

¶ Scda est maloꝝ culpe liberatio.

¶ Tertia est demonum oppressio.

¶ Quarta est bonoꝝ fortune acqsitio.

¶ Quinta est bonoꝝ glorie collatio.

¶ Pria &c. sm theo. culpa nõ põt tolli nisi p fidẽ: vt credas te male fecisse: & p contritionẽ q est ãnexa fidei: q effect⁹

Digitized by Google

Procedit ab oratione. Unde Sap. viij.
Et vt ſciui quoniam nõ poſſum eſſe cõtinẽs
abij in domũ et oraui illum. Liberat a
malis culpe. Quod patet exemplis. Exod.
xxxij. Congregatus eſt populus aduerſus
aaron: dũ eſſet Moyſes in mõte ſynai
Fac nobis inquit deos alienos qui nos pre
cedant. Accipiẽs aũt aaron ornamẽta
mulierũ et in fornace proijciens vitulus
exiuit: opere dyabolico: quẽ populus
adorauit dicẽs. Iſti ſunt dij tui iſrael.
Iratus dñs: dixit Moyſi. dimitte me
vt iraſcatur furor meus contra eos. Cui Moy
ſes. O dñe. Non facias ne egyptij di
cant. Callide eduxit eos vt interfice
ret in deſerto. Qui deſcẽdẽs de mõte
tabulas fregit lapideas ad radicẽ mõ
tis. et arripiẽs vitulũ cõbuſſit: et cõtri
uit in puluerẽ: et in aqua ſparſit. Et ex
ea potũ dedit filijs iſrael. vbi dicit ma
giſter i hiſtoria ſcholaſtica. quod color au
ri remanſit circa ora illorum qui erãt cul
pabiles: ita quod barbe eorum videbãtur
auree. et ſic ab alijs diſtinguebãtur. et
ita. xxiij. milia fuerũt percuſſi. Reuer
ſus eſt iterũ Moyſes ad dñm in mon
te et orauit dicens. Obſecro: peccauit
populus peccatũ grãde. dimitte eis hãc
noxam. Cui remiſſa eſt tota culpa. Pre
terea in teſtamẽto nouo. Magdalena
publicanus. petrus veniã obtinuerũt
fructu orationis. Ideo euſebius de trã
ſitu Hieronimi. Orationibus inſtare cõ
tinuus: quia hominem a terra ſubleuat. gra
tias a deo obtinet et facit cũ deo loqui
Exemplum fratris noſtri qui mediolani
raptus cũ virgine loquebatur. Et de fra
tre Cõſtãtio qui viſus eſt a terra eleua
tus. O pater quomodo poſſibile eſt hoc: Ca
pe ſimilitudinẽ de gũmi ambre quod vir
tute caloris attrahit paleã ad ſe. Sic
cor hominis virtute orõnis a terra eleuatur.
Tu laudas pre fratres tuos et alienos.
Rñdeo: practicam nõ habeo de alijs.
¶ Decida vt alias etc. ſm Tho. in. iiij.

Et Can. xxiij. q. ij. c. Non turbatur. Et
xvi. q. i. c. Reuertimini. et. di. xix. c. A
naſtaſius. Et per iuriſtas in auten. Ut
nõ luxuriãtur cõtra naturã. col. vi. Et
per ſcripturã. Leui. xxvi. Amos. v. An
guſtie. fames. penurie. peſtilẽtie. a
deo eueniunt. propter peccata et ſcelera
iuxta illud Greg. in collecta. Nulla no
cebit aduerſitas: ſi nulla dñetur iniqui
tas. Et dauid. Iniquos odio habui. et
vulgo dici ſolet. preterea propter pec
cata veniunt aduerſa. Sed ab his ma
lis oratio eruit. Baruch. iiij. Clamate
ad dñm. ſ. per orationem: et eripiet vos
ſcilicet a mal. Quod claret exemplis. Primo
dauid. ij. Re. vlti. Cui ex peccatõ ſuperbie:
data eſt ei optio a dño. Quia peccaſti o
dauid elige tibi de tribus vnum. Aut
ſeptẽ annis veniet tibi fames in terra
Aut tribus mẽſibus aduerſarios fugies
propter bellũ. Aut tribus diebus erit pe
ſtilẽtia in terra tua. Qui potius peſtẽ
elegit: et mortui ſunt de populo. lxxvij.
milia. Sed dubiũ queritur. Quare hoc
flagellũ magis elegit. Rñdet dñicus
Toloſa. Noluit famem: quia tñ paupe
res mortui eſſent. Scdõ noluit. ſ. bel
lum: quia potẽtes ſibi prouidiſſent eo quod
fugiſſent in fortalicia ſua. et pauperes
mortui eſſent. Cõiter enim poſt bellum:
malũ remanet ſuper pauperes. Tertium
autem elegit. ſ. peſtem: quia ſperabat in
miſericordia dei. Sed curioſe inquirẽ
dum eſt. quare dauid percuſſus eſt pe
ſte in populo ſuo. Ad quod reſpõdet Do
minicus: vbi ſupra. Quod triplici ratio
ne geſtũ eſt. Primo quia nõ correxit amõ
filium ſuũ qui ſtuprarat ſororẽ ſuam
Thamar. Scdõ quia populus cõtra da
uid cõſpirauerat in adiutoriũ Abſa
lon. Tertio ratione ſuperbie: quia popu
lum numerauerat. Uidens autem an
gelum populũ cedentẽ cum lachrymis
exclamauit. O mi chare dñe: ego ſum
qui peccaui. Unde ad eius orationem

Digitized by Google

ceſſauit peſtis. Preterea aliud exem-
plum rome tpe Greg. dū peſtis in po-
pulo craſſaret: homo oſcitādo mortu⁹
cadebat. Unde verſum eſt in puerbiū
Deus te adiuuet. Greg. ꝟo pceſſionē
fieri precepit: ⁊ figurā marie ꝙ ex tri-
bus Lucas pinxit vna q̄ eſt rome alia
que in Loreto alia q̄ eſt bononie. Aer
aūt corruptus dabat locū imagini. Et
audite ſunt voces angeloꝝ cantantiū
regina celi Lanta. Et grego. adiunxit.
Ora pro nobis deum alleluya. Et ſic
vidit angelū ſuper caſtrum ſancti an-
geli tergentē gladiū ſignificādo peſtē
ceſſare prece eorum. ¶ Tertia vtilitas
⁊c. Nullū eſt efficacius remediū con-
tra demonem oratione. Mat. xiij. Hoc
genus demonioꝝ in nullo poteſt exire
niſi in oratione ⁊ ieiunio. Unde Ber.
Grauis eq̄dem eſt nobis inimici tēta-
tio: ſed lōge grauior eſt illi noſtra ora-
tio. Qđ pꝫ exemplis. Tēpore iuliani
imperatoris dū iulianus ꝯtra perſas
vellet ire in ꝓlium: miſit demonē in oc-
cidentē per nigromanciā vt ꝙ cito re-
ferret q̄d in partib⁹ illis fieret. Cumq̄
demon inueniſſet publiū monachū in
via orantē ꝓhibitus eſt vi orationis
monachi ne illac ptrāſiret. Julianus
aūt ei pcepit vt veritatē diceret. qua-
re nō trāſiſſet. Rn̄dit: q: maledictus
ille monachus orare nō ceſſat. In qb⁹
verbis dubiū querit. Quare diabol⁹
cū veritatē exoſſam habeat vnde hoc
ꝙ illi ꝯfitetur. Rn̄deo ſm glo. interli
nearem ſup verbo Mat. iiij. Qr ſcie-
bant ipm eſſe xpm. Qđ pꝫ triplici ra-
tione. Primo rōne deceptionis: q: in-
terdum veritatē dicit vt eius falſitas
facilius acceptet. Chry. Lōceſſum eſt
interdū diabolo vera dicere vt menda
cium ſuū rata veritate cōmēdet. Se-
cūdo rōne accuſationis: vt hoim pctā
in eorum cōfuſionē accuſet vt patuit.
Maxime de quodā fratre cui demō ex

probauit ꝙ nocte pcedenti dormierat
cū meretrice. Quāuis enī deus hoim
peccata agnoſcat: tn̄ vult vt demō illa
declaret ad cōfuſionē peccantiū. Ter-
tio ratione coactionis: vt pꝫ de mul-
tis ſanctis q̄ demonē cogebāt vera di-
cere. ⁊ de multis malis qui virtute ni-
gromātie cogūt eos vt pꝫ ſupra. Pre-
terea exemplū beati dn̄ici. Cū oraret
rome in ſancta ſabina ꝓiecit diabol⁹
lapidē magnū in eum q̄ adhuc rome
in eccleſia ſuſpēſus habetur. Quarta
vtilitas ⁊c. Patet exemplis. ij. Paral.
xxxiij. de Manaſſe filio Ezechie. q̄ cū
ꝓpter iniq̄tates ſuas eſſet captus ab
exercitu regis aſſirioꝝ ⁊ vinctus ca-
thenis ac cōpedibus ⁊ ductus babilo-
niam in ſe reuerſus ⁊ penitētiā agens
orauit di. Peccaui ſup numerū arene
maris. Et dn̄s orōnes eius exaudiuit
⁊ reſtituit eum in regnū ſuum. Preter
ea de Ambro. Qui cū eſſet mediolani
orans ꝯtra arrianos a q̄bus infeſtaba
tur ⁊ clamans deus in adiutoriū meū
intende. Auditus eſt vſq̄ rome a pon-
tifice ⁊ aer cōmotus eſt in ꝓlium ful-
goribus ⁊ ſagittis cōtra inimicos. pre
terea Rodij cōtra turcum auxiliū ha-
buerunt orationis marie ⁊ iohānis ba
ptiſte. Et ſic vicerūt. ¶ Quinta vtili-
tas ⁊c. Joh. xv. Petite ⁊ accipietis vt
gaudiū veſtrum plenū ſit. Exemplum
pꝫ de Augu. cum ciuitas eius a bar-
baris eſſet obſeſſa orauit dominū de
tribus. Aut periculum obſidionis re-
moueret aut veram ſibi pacientiā da-
ret aut ipſum de hoc mundo ad para-
diſuꝫ traduceret. Dixitq̄ fratrib⁹ ſuis
tertium impetraſſe cum per mortē ad
eum tranſiret. Uñ pꝫ virtus orōnis.
Tertium principale dicitur ⁊c. Ora-
tio eſt tante poteſtatis ꝙ quattuor
potentias ſuperat. ¶ Primo poten-
tiam corporū celeſtium. In ſluxus enī
corporum celeſtium cauſat in iſtis in

ferioribus creationẽ:vt patet in herbis ꝛ plantis. Jn.i. Cõp. a virtute ſuperiorũ regũtur inferiora. Jdẽ inferiora a ſuperiorib⁹ regũtur:ſed oratio impedit hunc influxũ:vt pꝫ in mõtibus gelboe:q̄bus oratione Dauid nec ros nec pluuia deſcẽdit.ij.Reg.i. preterea impedit motũ celi:vt pꝫ Joſue.x. Dũ ipſe pugnaret cõtra gabaonitas. ꝛ ſol deficeret orauit di. Sol ↄtra gabaonitas ne mouearis. Unde ſtetit in locuꝫ ſuum cõtra curſum ſue nature. Et illa dies fuit.xxvi.horis vt dicit quedam glo. ¶ Secũdo ſuperat potentiã nature. Corpus enim hois nõ poteſt eſſe ſine cibo longo tempore:q2 calor naturalis cõſumit humidũ cibale ꝛ nutrimentale. Et vt dicit phs lib. de cauſa lõgitudinis ꝛ breuitatis vite. Et Auicen.in.i.de ſomno. Duo ſunt ꝑncipia vite noſtre. Calor naturalis ꝛ humidũ radicale. ꝓpter que comedere oportet. Phs lib.de generatione ꝛ corru. Omne viuens q̄diu viuit indiget cibo. Quod pꝫ exemplo de moyſe. Exode.xxxiiij.q̄ ieiunauit.iiij.diebus ſine cibo. Quod impoſſile eſt via naturali. Et pꝫ noſter dñicus qui duas quadrageſimas ieiunauit in pane ꝛ aqua:predicãs virtute orationis dum eſſet Toloſe et Taraſcone. Et katherina ſeneñſis:de qua pius papa in epiſtola canoniſationis dicit. Jnuenta eſt aliq̃n a die cinerũ vſq; ad penthecoſtẽ ieiuniũ ꝑduriſſe ſola oratione cõtenta. ¶ Tertio ſuperat potentiã anime noſtre. Anima q̄diu eſt cum corpore nõ poteſt eſſe niſi vbi ſit corpus. ſed virtute orõnis anima eleuatur in altũ abſq; corpore ꝛ viuente. Ad quod corpus nõ poteſt eleuari vt de paulo qui ad tertiũ celum raptus eſt:corpore in terra manente. ¶ Quarto ſuperat potentiã diaboli. Uirtute orationis:demones cruciant. Sunt carbones dei q̄bus diabolus incendimus. Unde quidam demon clamabat. Bartholomee apoſtole dei:incendũt me orationes tue. Sunt ſagitte dei quibus diabolũ vulneramus. Sunt ſcutũ dei qui tẽtationibus diaboli reſiſtimus. Ambro. Bonum ſcutũ eſt oratio:qua oĩa aduerſarij ſpicula repellũtur. De iſto ſcuto orõnis dicit Sapiẽtie.xviij. Proferẽs Aaron ſeruitutis ſue ſcutũ orõnem:reſiſtit ire:et neceſſitati finẽ impoſuit. Sunt etiam angelis multe grate. Chryſo. Uis ſcire dignitatem orõnis. Mox vt de ore tuo ꝓceſſerit:ſuſcipiũt eam angeli in manibus ſuis ꝛ offerunt ante deum. Unde apparet virtus orationis.

¶ Feria.iiij.prime ebdomade.xl. De adoratione:vel de modis orandi.

Acceſſerũt ad ieſum ſcribe ꝛ phariſei dicentes. Magiſter volumus a te ſignũ videre. Mat.xij. Duplex generatio eſt in mundo:bona ꝛ mala. Bona credit ſine ſignis:mala cum ſignis:vt ſcribe. que dicit. Uolumus ſignũ videre. Gloſa. Propriũ erat iudeoꝝ querere ſigna. Jo.iiij. Niſi ſigna ꝛ prodigia videritis nõ credetis. Sed que erãt ſigna? Rñdeo q̄ tria. Primũ de celo:vt ignis deſcenſus:ſicut fuit tpe helie.i.Reg.xij. Aut deſceſus manne:vt tpe Moyſi. Exod.xvi. Aut tonitrua:vt tpe Samuelis.i.Regũ.xviij. Magiſter volumus a te ſignũ videre. Rñdit xps. Generatio mala:q2 ex perſecutorib⁹ prophetarum deſcẽderant. Et adultera quia patres eorũ idolatrare fecerunt. Signũ querit.ſ.poteſtatis ꝛ diuinitatis:ꝛ nõ humanitatis. Sed ſignũ non dabitur ei.ſ. diuinitatis qđ querunt ſcilicet de celeſtibus:q2 ſi digni ꝓpter eorum curioſitatem ſed humanitatis.

Digitized by Google

Sicut fuit Jonas in ventre ceti trib' dieb' et trib' noctib': sic erit fili' hois in corde terre. q.d. signū qritis illō vobis sit signū magne credulitatis. Q.d. trib' dieb' et noctib' sepult' ero. postea resurgā. Nota Albertū in vbo Signū Jone pphete. Xps in mūdo tria signa ostēdit de sua hūanitate. Primū signū paupertatis. Luc. ij. Hoc vobis signū. Inuenietis infantē pānis inuolutum et positū in psepio. ¶ Scdm hūanitatis Luc. ij. Ecce positus est hic in ruinā et in signū. ¶ Tertiū humilitatis vt hic signū Jone pphete. Cōqueritur. Uiri niniuite receperunt pphetā: isti nō recipiūt dnm pphetarū. Illi sine signo hi post multa signa. Regina saba de qua. iij. Reg. x. surget in iudicio cū istis: qz venit a finib' terre audire sapientiā salomōis. Ecce plusq salomō hic. Primo pl' sapiēs. Pau. ad Colo. ij. In q sunt oēs thesauri sapiētie. Scdo plus diues. Ro. x. Diues in oēs q inuocant illū. Tertio pl' pulcer. Sap. vij. Cādor lucis eterne: et speculū sine macula. Adhuc loquēti sibi ait quidam. Ecce mat' tua: et fratres tui foris stant querētes te. Rñdit. Que est mat' mea et qui sunt fratres mei. quicūq fecerit voluntatē patris mei ipse est frater et soror mea. Hoc qtum ad euangelium.

De adoratione vel modis orandi: inuenio septē modos vel cōditiones orādi.

¶ Primo debet fieri sinceriter.
¶ Secundo debet fieri fideliter.
¶ Tertio debet fieri vtiliter.
¶ Quarto debet fieri ardenter.
¶ Quinto debet fieri humiliter.
ctificatione. Idem dn̄s Johes calcar
in ſermone de natiuitate. ⁊ ceteri alii.
¶ Ordo ciſtercienſium. Oddo abbas in
homel. ſup euāge. Stabat iuxta crucē
ieſu. Et dn̄s Anibaldus ſup. iii. di. iii.
⁊ alii plures. Preterea doctores ſecula
res deuotiſſimi ⁊ in ſcia famoſi. Hugo
de ſancto victore li. de ſacramentis. li.
ii. par. ii. c. vi. Richardus de ſancto vi
ctore ſuper illud. Spiritusſanctus ſu
perueniet in te. Petrus lombardus in
ſuo. iii. li. ſentē. di. iii. ¶ Ordo pdicato
rum Tho. in. iii. parte. q. xxvii. ar. ii. in
ſ. ii. q. lxxxi. ar. iiii. i. iii. ſen. di. iii. q. i.

Sic petrus de tarā.in.iij.di.iij.ꝛ vgo gallicus in.iij.diſt.iij. Durādus in.iij. di.iij.petrus de pal.in.iij.di.iij. Albertus in.iij.di.iij.Dicere inquit beatam virginē fuiſſe cōceptā in peccato originali eſt hereſis condēnata a.b. Bern. ꝛ ab om̄ibus magiſtris pariſius. Verneus ordinis generalis. Vgo cardi.in expoſitione Luc. Nicola⁹ traueth. Robertus holcot. Martinus q̄ fecit cronicas. Uincētius q̄ fecit ſpecula. Jacob⁹ de voragi.ꝛ oēs alij q̄ ſunt nūero.xlix. huius ordinis affirmātes hanc opinionem. Quid vobis videt̄ ciues mei ſup hoc. Quare oēs religiones nō pugnāt ꝑ doctorib⁹ ſuis. Ecce quot doctores quot ſapiētes hoc affirmāt. Sꝫ dicūt emuli noſtri q̄ fuit ꝑuilegiata:quia a peccato ꝓſeruata. Oſtendant illud ꝑuilegium ꝛ eis fidem dabimus.

¶ Tertiū ꝑncipale dr̄ riſſionis.ad ar. vbi.s.ꝛ ad rōnes. Rn̄deo ad ſingula.

¶ Ad primum de angelis qui ꝓſeruati fuerūt:multomagis virgo maria. Angeli nō habuerūt poſſibilitatē ad contrahendū peccatū originale:qꝛ fuerūt oēs immediate creati a deo ꝛ non per originē ſeminaliter ꝓpagati:ſicut virgo maria:ſed bene habuerūt poſſibilitatē ad peccādū actualiter:ꝛ ideo nō fuerūt preſeruati a pctō originali:ſed ab actuali:qꝛ preſeruatio a malo ꝓſuponit poſſibilitatē eius qui ꝓſeruatur ad illud malū q̄ꝛ̄tū eſt in ſe. Et ſic patꝫ rn̄ſio ad primū. ¶ Ad ſcḋꝫ de indignatione filij eſſe odioſum deo poteſt contingi dupliciter. Uno modo per actuꝫ voluntatis ꝓprie:ꝛ hoc fuit in virgine. Alio modo nō ꝓpria volūtate:ſed vterina cōceptione ꝓpt̄ inordinatā volūtatem ꝑmi parentis:a quo ſeminalit̄ perſona ꝓpagatur. Et hoc nō eſt abſurdū:ſed neceſſariū credere hāc itam habuiſſe. Sed poſtq̄ fuit mat̄ dei:vel poſtq̄ fuit et vtero nata nunq̄ fuit deo odioſa:vel in indignatione filij: ſed ſemꝑ fuit ab eo dilecta. ¶ Ad tertiū de habitaculo. Rn̄deo. Uirgo maria fuit ſpeciale habitaculū:dato q̄ in peccato originali fuerit cōcepta:qꝛ pre ceteris ſanctis ſpecialius fuit ab originali peccato mūdata. Jn ſua ſanctificatione copioſius ceteris munus gratie accepit vt nō ſolū purgaret̄ a pctō: ſed vt etiā tota eius vita redderet̄ immunis a pctō actuali mortali ꝛ veniali qḋ nulli ſctōꝝ ꝯceſſum eſt. Un̄ exceſſit oēs in ſcītificatione. ¶ Ad quartum Rn̄deo q̄ lꝫ deus de potētia abſoluta potuiſſet ꝓſeruare virginē a pctō originali:cū hoc nō implicet ꝯdictionem qꝛ nō erit impoſſibile om̄e verbū:non tn̄ potuit de potētia ordinata que cōſideratur circa ordinē a diuina ſapiētia inſtitutū ſm̄ quē ordinatū fuit vt xp̄s eſſet oīm redēptor:qꝛ ſi fuiſſet ꝓſeruata:non indiguiſſet redēptione facta ꝑ xp̄m. ¶ Ad quintū Rn̄deo ſm̄ egidiū de roma:ordi.heremit.in.vj.quolibet. Cōceptio in originali peccato nō derogat dignitati virginis: q̄nimmo plus cōmendat̄ ꝛ cōgruit officio ſuo per qḋ facta eſt:vt eſſet mediatrix noſtra et membrū xp̄i. Q̄uis em̄ concipi in pctō originali:nō ſit ſm̄ ſe laudabile tamē inq̄tuꝫ per hoc fit homo membrū xp̄i prout a tali pctō liberatur pertinet ad laudē eius. Un̄ negare virginē originale pctm̄ nō contraxiſſe.eſt negare illaꝫ ad xp̄m ordinem habuiſſe ꝛ negare illam membrū xp̄i fuiſſe. Unde magis eſt laudabile cum peccato fuiſſe. ¶ Ad ſextum Reſpōdeo q̄ plures ſunt q̄ credunt ꝛ affirmant cōcluſionē de originali q̄ꝫ in partē oppoſitā. Nam ducenti quinquaginta doctores iſtud aſſerūt. Et q̄uis plures vulgares hoc teneant Nos autem fidem preſtamus doctis. ¶ Ad ſeptimū Rn̄det alber.de brixia in ſumma de inſtructione confeſſoris.

Quis virgo in originali fuerit concepta tñ creditᷣ in vtero matris ſue ſanctificata fuiſſe anteq̄ nata ex vtero. Et iō circa celebrationē ꝯceptionis eius diuerſa cōſuetudo eccleſiarū ſeruatᷣ. Romana eccl'ia ꝯſiderās virginē fuiſſe in originali cōceptā: nō celebrat feſtū cōceptionis eius. Alique vo eccl'ie conſiderātes ſanctificationē eius in vtero matris ſue: poſt aiationē factā tollerāte romana eccl'ia feſtū cōceptionis ei⁹ celebrāt. Vñ illa celebritas nō eſt referēda ad cōceptionē rōne cōceptionis: ſed rōne ſctificationis ei⁹ in vtero facte poſt cōceptionē. cui⁹ ſctificationis feſtū in die ꝯceptionis celebratᷣ: q2 quo tp̄e ſctificata fuerit ignoratᷣ. Ille. Preterea hoc feſtū tolleratᷣ inq̄tū refertᷣ ad ſctificationē virginis cōcepte: ⁊ nō ad cōceptionē eius. Et ita dicit oro q̄ dr̄ in hoc feſto rome in ſctā maria maiori. Deus q̄ ſctificationē virginis marie. Vñ nō eſt feſtū ꝯceptiōis: ſed ſctificationis. Cōcordat ſup hoc Jo. and. ſup. c. cōqueſtus. extra de ferijs. ⁊ alij q̄ plures. ¶ Ad octauū de indulgentijs. Reſpōdeo. de ipſo ſolo legitᷣ ꝙ fit iſti⁹ opinionis cū alij ſanctiores fuerit opinionis ꝯrie: vt p3 de ſuis anteceſſoribus. Preterea vt vicarius xp̄i errare nō pōt ſed bene talis hō ⁊ pſona. ideo ⁊c. ¶ Ad nonū de miraculis. Rñdet. Tho. xxij. q. xvij. ar. ij. ꝙ miraculoꝝ aliqua q̄dē nō ſunt vera: ſed fantaſtice facta. q̄bus ſcʒ ludificatᷣ hō: vt videatᷣ ei aliq̄d qđ nō eſt vt q̄tidie fieri cernim⁹ per incātationes. Quedā ſunt vere facta: ſed nō vere habēt rōnem miraculi q2 fiūt virtute cauſaꝝ naturaliū. Vñ cōcluditᷣ ꝙ hmōi miracula forte ſunt arte demonū: vt demōes decipiāt eos ⁊ in hoc errore teneāt vt ſuſcitet diſcordias inter viros religioſos. Ad ꝓpoſitum. Ex deuotione quā hō h3 ad virginē erit miraculū: nō rōne ꝯceptionis ſed deuotionis matris quaꝫ ad illā h3 ⁊ rōne fidei. ¶ Ad decimū de reuelatione. Rñdeo ꝙ nō eſt verū de reuelatiōe illa: nec ſunt iſta dicēda de Anſelmo: vt ꝓbat Vincē. in ſpeculo hiſt. xxvi. c. xxxvi. ſed malicioſe ſunt poſita Anſel. impoſita. Sicut falſe dr̄ō Bernardo de macula in fronte: qđ non eſt abſurdū: imo ꝓphanū ꝯ aſſerere: imo hereticū. Vñ ſcriptura in Apoc. Sine macula eñ ſunt ante thronū dei. et alibi. Nō intrabit in ea aliq̄d coinq̄natū. Scđo ꝓbatᷣ auctoritate. Ad v̄ba Aug. Rñdeo ꝙ loq̄tur de actualib⁹ ꝯtra pelagiū: a q̄b⁹ imunis fuit virgo maria: ⁊ nō originalib⁹. Ad illđ de ſctō Tho. rñdeo ꝙ Tho. bñ dicit: q2 virgo fuit imunis ab omi pctō ꝓ eo tp̄e quo incepit eſſe matᷣ dei: ⁊ deinceps vſq3 in ꝑpetuū fuit imunis a pctō originali. cū hoc tñ vere ſtat ꝙ fuerit ꝯcepta in peccato originali: nō oēs xp̄iani ſunt imunes a pctō originali: tñ fuerūt cōcepti in pctō originali. Nō eñ dicit Tho. ꝙ virgo fuerit imunis in ſui ꝯceptiōe a pctō originali. ſed dicit ꝙ fuit imunis a pctō originali. q̄ñ .ſ. ꝓparata fuit vt eſſet matᷣ dei. Et ſic p3 rñſio ad argumēta illi⁹ opiniōis. Ad illud de L. Dñico. rñdeo ꝙ Vincē. hyſto. li. iii. c. xxvi. hyſtoriā recitat illi⁹ libri q̄ i flāmas ꝓiectus ter exiuit illeſus penit⁹. Sed ꝙ fuerit de corpe xp̄i nullā facit mētiōē. Vñ nō pſtatᷣ fides talib⁹. Preterea nūq̄ fuit reputatū hereticū tenere beatam virginē fuiſſe ꝯceptā in originali: ideo nō erat opus vt ꝑ illā auctoritatē beatus dñicus ipugnaret hereticos. Preterea talia apud nos nō fuit. Ad illđ de Anſelmo. Nō eſt deuot⁹ nec ver⁹ amator virginis. Rñdeo ꝙ vere nō ſunt v̄ba Anſelmi ſed cōficta ab aliquo volēti decipere ſtolidum vulgus. Ad illud exemplū de illo q̄ comedit fratrē illa ſunt dementie ⁊ fatuitates.

¶ In feſto ſancti thome apoſtoli.
De fide ſermo magnus.

Noli eſſe incredulus: ſed fidelis. Jo. xx. Ab optimis et excellentib' theologis cū ſtabili et firmo fundamēto virtutes theologicas ꝙ cardinales: maxime eſſe neceſſariū eūdi ad paradiſum virtutem ſctē fidei: qꝛ vt vult Tho. ij.ij. q. iiij. ar. j. In pmo ꝯtra gē. c. v. vi. vij. In q. di. de veri. q. xiiij. ar. ij. Fides ē ſubſtātia radix et origo oim virtutū et bonoꝝ ſpiritualiū dyo. li. de di. no. c. vij. Fides ē vnicū credētiū fundamētū radix et origo oim virtutū: et bonoꝝ ſpūaliū. Et ſicut radix arboris eſt fundamētū oim fructuū: ita fides oim bonoꝝ ſpūaliū. Vñ apl's. i. Coꝝ. iij. Fundamētū aliud nemo pt ponere. ſ. neceſſariū ad ſalutē ꝑter id qd poſitū eſt. qd ē xp̄s ieſus. ſ. fides ieſu xp̄i: qd affirmat p Augu. de fide ad petrū. Firmiſſime tene et nullaten' dubites: nō ſolū oēs paganos: ſꝫ et oēs iudeos et oēs hereticos atqꝫ ſciſmaticos q extra eccliaꝫ pſentē finiūt vitā in ignē eternū ituros q parat' eſt dyabolo et angelis ei'. Ille. Et plus papa eps ſuus ſeruoꝝ dei illuſtri machometo turcho pncipi: timorem diuini nois periter et amorē. Sapiētib' et inſipiētib' debitores ſum' et oēs cupim' ſaluos fieri: grecos latinos iudeos ſaracenos: oībus optam' bona. Sꝫ ſcim' vera bona neminē aſſeq poſſe: q extra eccleſiā degit et a xp̄o dño alien' ē. Ille. Qd cōſiderās apl's. Tho. cū fuiſſet incredulus p dies aliquot de xp̄i reſurrectione. et dicētes alij: vidim' dñm. ille dixit. Niſi videro in manib' eius fixuram clauoꝝ. et mittā manū meā in latus eius: nō credā. Apparēti aūt ei dixit. Dñs me' et deus me'. Cōfeſſus eſt humanitatē in verbo. Dñs meus. Et diuinitatē in verbo. Deus meus. Et vt dicit Greg. in omel. Plus pfuit nobis Tho. infidelitas ꝙ fides credētiū diſcipuloꝝ. Hoc fuit magnū puilegiū ſuper oēs aplos. ſm ſniam Alb. ſup Lu. Quidā cognouerūt xp̄m reſurrexiſſe in viſu: vt Cleophas. et Lucas eūtes in emaus. Lu. vlti. Quidā ex auditu: vt petr' Mat. xvi. Dicite diſcipłis ei' et petro. Quidā ex guſtu: vt diſcipli qui ad piſcationē fuerūt. Jo. vl. Quidā ex tactu et viſu: vt Tho. qui xp̄m tetigit. Vñ eccleſia. O thoma didyme q meruiſti xp̄m tāgere. Cui xp̄s dixit aſſumpta vba. Noli eſſe etc. In qb' vbis de laudib' fidei Thome. ac noſtre eris hadiern' ſmo. vbi tria vidēda ſūt de ea. Sermonē habes. Fo. xlv.

¶ In die natiuitatis domini.
Sermo ineſtimabilis.

Euangelizo vobis gaudiū magnū qd erit omni ppło: qꝛ nat' eſt nobis hodie ſaluator mūdi. Lu. ij. Grandē facūdiā et ſtilum ac verboꝝ ornatū reqrit ſolēnitas hodierne natiuitatis ſpecialis vbi incarnati ꝙ in tali die p recuperatiōe et redēptione infelicis hūane nature. noſtra paſſibili et mortali carne veſtitum eſt. Et vere ſicut deus voluit oſtēdere ſuā infinitā potētiā in pncipio mūdi in creatiōe creaturarū eas pducēdo de nō eſſe ad eſſe: iuxta illud. Dixit et facta ſunt. Idē. Oia quecūqꝫ voluit dñs fecit. et Beda in omel. zachei. Que impoſſibilia ſunt apud hoies. poſſibilia ſunt apud deū. Ita in vltia etate hu' tpis voluit oſtēdere ſuā infinitā miaꝫ ꝙ de natura hūana facta captiua in manu diaboli illā voluerit liberare mediante incarnatiōe filij ſui. O magnū

priuilegiū nobis conceſſum ſm Tho. ſup epl'as Pauli: De⁹ diuerſis modis voluit loq̄ p̄plo iudaico ⁊ patrib⁹ antiquis. Modo p̄ colūnā igneā in ea apparēdo. modo p̄ perſonā mediā. ſ. per angelū. modo p̄ viſionē ⁊ corporalē et ymaginariā ⁊ intellectualē: ſed nobis modo ſingulari locut⁹ eſt p̄ filiū. Vn̄ apl's ad Hebr. i. Multifarie multiſq̄ modis olim deus loquēs patrib⁹ in p̄phetis nouiſſime aūt dieb⁹ iſtis locut⁹ eſt nobis in filio quē cōſtituit heredem vniuerſo⁊ p̄ quē fecit ⁊ ſecula. Hoc eſt qđ ſpōſa petebat. Can. i. Oſculet me oſculo oris. ſ. p̄ icarnationē. Qđ leo papa p̄meditās in ſmone hodierno: exhortat nos ad grādē exultatiōes ſpūalem di. Hodie dilectiſſimi ſaluato⁊ noſter nat⁹ eſt gaudeam⁹. Neq̄ eīn phas eſt locū eſſe triſticie: vbi natalia eſt vite. Nemo ab hui⁹ alacritatꝭ participatione ſecernit. Vna cūctis leticie cōis eſt rō. Exultet ſctūs: q: appropinquat ad palmā. Gaudeat pctōr: q: inuitat ad veniā. Animet gētilis: q: vocat ad vitā. verbū eīn dei de⁹ fili⁹ dei p̄pt liberandū hoiem ab eterna morte: fact⁹ eſt homo. Ille. Euāgelizo vobis ⁊c. De xp̄i natiuitate tria erunt videnda in preſentiarum.

¶ Primum eſt filij dei eternalis determinationis.

¶ Secundum eſt filij dei cordialis ſupplicationis.

¶ Tertium eſt filij dei humanalis incarnationis.

¶ Primū eſt ⁊c. Vtrū fuit neceſſarium xp̄z icarnari p̄ redēptiōe generis hūani. Rn̄det thomas. iij. pte. q. i. ar. ij. In iij. di. iij. In. iiij. di. cōtra gē. c. xv. Alex. de ales in. iij. par ſum. Ric. de media villa in. iij. di. xx. ar. i. Anſel. in li. Cur de⁹ homo. Et phs. v. Meth. q̄ duplex eſt neceſſitas. Prima eſt abſoluta. Secūda cōditionata. Exēplificat de ambobus. Quo ad primā nō fuit neceſſariū xp̄m incarnari. Et ratio eſt: q: cū deus ſit omps erant alij modi ad ipm liberandū. Vn̄ Augu. lib. xiij. de trini. c. x. Si querat vtrū alio mō potuerit ge⁹ humanū liberari q̄ p̄ incarnationē filij dei. Dicim⁹ ⁊ aliū modū poſſibilem ei fuiſſe. cui⁹ ptāti cūcta ſubiacēt. vñ ps. Oia quecūq̄ voluit dn̄s fecit. Idē Dixit ⁊ facta ſunt. Mat. xiij. Abba pr̄ oia tibi poſſibilia ſunt. Beda in omel. zachei. Que impoſſibilia ſunt apd' homines. poſſibilia ſunt apud deū. Poterat eīn mittere angelū. p̄phetā p̄riarchā ⁊c. Vn̄ erāt alij modi ad genus humanū redimēdū. Si loq̄mur de ſecūda neceſſitate. dico nō fuiſſe aliū modū q̄ q̄ ille q̄ erat imortalis: impoſſibilis: infinit⁹ efficeret mortalis. Vñ dantis lib. iij. Can. vij. Oēs alij modi erāt ieſſicaces ad ſatiſfaciēdū: niſi dei fili⁹ ad incarnationē ſui nō fuiſſet humiliat⁹. et hoc de ſcđa neceſſitate. Voluit diuina puidētia vt iſta q̄ſtio diſputaret in cōſiſtorio ſctiſſime trinitatꝭ. Facta eſt aūt hec diſputatio inter iuſticiā ⁊ miām. Iuſticia erat aduocata p̄ natura angelica: mia p̄ natura hūana. Iuſticia erat cōtra genus hūanū. Que ſurrexit cō hoies dicēs. O dn̄e rex tu poſuiſti hanc cōcluſionē diſputādā. Vtrū hō debeat liberari. p̄bo q̄ nō ⁊ rōnibus ⁊ teſtib⁹. Primo rōnibus q̄ eſt triplex in preſentiarum.

¶ Primo ratione iuſticie.

¶ Secundo rōne ingratitudinis.

¶ Tertio ratione cognitionis.

¶ Primo ratione ⁊c. Dn̄e tu es iuſtus In ps. Iuſtus es dn̄e ⁊ rectū iudicium tuū. Baruch. i. Deo noſtro iuſticia. Hiere. xij. Iuſtus es dn̄e: ſi diſputē tecum. Vlterius. Si iuſtus debes illā facere. Iuſticia vult vt tāta ſit pena q̄ta fuit culpa. deut. xxv. Scđm menſurā delicti erit ⁊ plagarū modus. Et. xxi. q̄ſtiōe i.

Digitized by Google

ē. ſi quis. ſm qualitatē delicti imponē da eſt penitētia. ꝛ. C. de penis. l. ſanci mus. ꝛ. ff. de qbus vt indignis. l. reſcri ptum. ꝛ extra de his q̄ fiunt a ma. pte capi. Sed culpa hois fuit infinita: vt pote ɔ̄ bonum infinitū. Si infinita: ḡ merebatur pniam infinitā. Penitētia aūt infinita nō pōt eſſe in hoie cū ſint finite opatiōis. in. iij. ethi. in. viij. phi. Finiti ad infinitū nulla eſt ꝓportio. in. viij. phi. Impoſſibile eſt in corpe fi nito eſſe potentiā infinitā: igiſ ſatiſfa cere nō pōt. Si ſatiſfacere nō pōt: ideo debet dānari. ꝛ ſic ptꝫ prima rō. ¶ Se cundo rōne ꝛc. Dñe inquit iuſticia: tu feciſti angelos ꝛ hoies qui ambo pec carūt. Lucifer ex ſupbia. eſa. xiiij. In ce lū aſcēdā ſup aſtra dei exaltabo ſoliū meum. Et homo etiā. Geñ. iij. Erimus ſicut dij ꝛc. Luciferum dānaſti cū ſuis ſequacibus in ꝑpetnuꝫ. Apoc. xx. Dya bolus qui ſeducebat eos miſſus eſt in ſtagnū ignis: vbi cruciabunt in ſecula ſeculorū. Igiſ a ſili debet homo dāna ri ꝑpetualiter: ſicut ꝛ demō: alioquin poterit demon cōqueri de te eſſe ꝑtia lem ꝛ parteſanū. Sed cū nō ſis o deus Act. x. In veritate comperi qm̄ nō eſt acceptio pſonarū apud deum. ꝛ extra de pbendis ꝛ dignitatibus. c. venera bilis. Igiſ debes ip̄m dānare in ꝑpe tuum. ¶ Tertio rōne cogni. Illi dāda eſt venia qui ſuū agnoſcit delictū. Ex tra de regu. iur. in. vi. Venia nō datur niſi correcto. Vñ eſt ꝙ multi nō ſe cor rigunt d' pctis ſuis: qꝛ nō ſe cognoſcūt. Vñ Lactā. i. li. c. i. Hec eſt eñ prauita tis cauſa: ignoratio ſui. Se. epl'a. xviij Corrigi non vult qui peccare ſe neſcit. Beñ. Initiuꝫ ſalutis eſt noticia pecca ti. ꝛ Macro. vt dicit in li. de ſomno ſci pionis a dijs habuit reſpōſum. Notis elicos. i. noſce teipꝫ. Ad ꝓpoſitū. Adā nō cognouit pctm̄ ſuum: imo redargu tus de eo: illud retorſit in mulierē: dicē Geñ. iij. Mulier quā dediſti. mihi ſe duxit me. q. d. Si non fuiſſet illa: ꝛ ſi mihi nō dediſſes nō peccaſſem. Eua at tribuit illud ſerpenti di. Serpēs inqt decepit me. Facetia de femina que in calopodijs iuit ad colligendū ficus ex cecidit fractis cruribus: ꝛ dixit. Male dicatur dyabolus. Reſpōdit dyabol' Maledicta ſis tu. An ignoras ſi aſcen ditur cū calopodijs in ficū: igiſ nō de bet liberari. Et qꝛ eſt cōcluſio iuriſtaꝝ ff. de officio pſidis. l. illicitas. §. veri tas. Iudex nō niſi ſm allegata ꝛ ꝓba ta debet iudicare. ideo tibi adduco in robur meū tres idoneos teſtes ad hoc negocium ꝓbandum. Primus fuit na tura angelica. Domine homo erat crea tus ad replēdum ſedes vacuas padiſi qꝛ vt dicit Tho. ij. ſen. di. ij. Celū plus eſt ꝓ hoibus ꝙ̄ ꝓ angelis qui loco nō indigent. Homo agnouit hoc bonum: igitur indignus eſt redimi. ¶ Scḋs te ſtis eſt celum empyreuꝫ di. dñe tu me creaſti nobiliſſimū corpus: ac me feci ſti ꝓpter hoiem nō agnouit bonū hoc priuari debet ꝛc. ¶ Terti' eſt padiſus terreſtris di. dñe me feciſti amenuꝫ ꝓ hois recreatione. Et fecit cōtra prece ptum tuū comedens de pomo: vitium ſancti Blaſij: nō cognoſcens hoc bonū: merito priuari debet tanto bono ꝛ dā nari. ¶ Aſſurrexit miſericordia ꝓ hūa no genere aduocata di. O domine ſo roꝛ mea iuſticia locuta eſt audi me: qꝛ tribus rationibus ꝛ teſtibus probo ꝓ homine.

¶ Primo ratione finis.

¶ Scḋo rōne inconuenientie.

¶ Tertio rōne ꝓprietatis.

¶ Primo rōne ꝛc. in. ij. phiſico. Omne agens agit propter finem. Finis mo uet agentem. In. ij. Metha. Finis eſt cauſa cauſarum. Ad propoſitum. Ad quem finem creaſti hominē: nunquid ꝓpter ſui damnationem. Non: ſed ad



Digitized by Google

Finem vite eterne. Si ipm dānas: fru-
ſtra feciſti illum ⁊ in vanū. Et quia vt
habet phs. i. celi ⁊ mun. li. Deus ⁊ na-
tura nihil agunt fruſtra. in. ix. Meta.
Nihil eſt ocioſum in natura. in lib. de
regimine princip̄. Deus glorioſus: ni-
hil ocioſum fecit in natura. Ne ḡ fru-
fruſtra ſit creatus ipm debes ſaluare.
¶ Scḋo rōne ⁊c. Si hoiem nō reparaſ
a ſuā dānatione. De tribus opʒ ſequi
vnum. Aut qꝛ nō potes ipm ſaluare: ⁊
ſic non eſt omps: aut qꝛ neſcis: ⁊ ſic eſt
ignorās: aut qꝛ nō vis: ⁊ ſic eris inui-
dus: ſed in te o dñe hoc nō eſt. Primo
qꝛ es potēs. ps. Oīa quecunqʒ voluit
dñs fecit. Scḋo qꝛ es ſapiens ps. Oīa
in ſapientia feciſti. Tertio: qꝛ nō es cā
peri. Aug. li. lxxxiij. q. deo auctore non
fit homo deterior. Igitur debes ipſuʒ
ſaluare: ne tibi iſta opponāſ. ¶ Tertio
rōne ⁊c. Dñe mi: natura tua eſt mia ⁊
clementia. Eccl'a. Deus cui ꝓprium eſt
miſereri ſemꝑ ⁊ parcere. de pe. di. i. ca.
qꝛ diuinitatis. Diuinitatis natura cle-
mens eſt ⁊ pia. Et ſicut eſt proprium
igni calefacere: ſoli illuminare: ita tibi
miſereri: vnde debes hoi parcere: qꝛ vt
dicit phs. ij. Meta. in. iij. de aia. Vnū
quodqʒ agens opatur ſm ꝓprietatem
ſue nature. Et adduco tibi tres teſtes
¶ Primus Abel di. Dñe mi: pater meꝰ
Adam peccauit contra clementiā tuā
ſed tu dñe amplia miſericordiā tuam.
qꝛ vt dicit extra de regulis iur. in. vj.
Odia ſunt reſtringēda: fauores autē
ampliandi. ⁊ l. cū quidā. ff. de liberis
⁊ poſthumis. Odia ſunt reſtringenda
o pꝛialis. ¶ Scḋs dauid cum cythara.
Dñe mi: illi debes miſericordiā impen-
dere qui illā petit ⁊ triſticiā hʒ de pec-
cato. qꝛ ſemper eſt in ps. Cor cōtritum
⁊c. Adā cū lachrymis ꝑ plures annos
tibi petit veniā: igiſ illi debes eā im-
pendere. ¶ Tertius teſtis Abraam cū
barba prolixa di. Tu dixiſti dñe ꝑ dā-
uid. Si filij mei nō cuſtodierīt mādā-
ta mea: viſitabo eos in virgā eoꝝ. Mi-
ſericordiam aūt meā nō diſpergā ab
eo: neqʒ nocebo ei in veritate mea. A-
dam pater noſter peccauit: tu autē de-
bes magnificare miſericordiā tuā: nec
ipſam amouere ab eo ⁊ genere huma-
no. Audiens autē deus pater has fa-
tiſſimas rōnes ſancte miſericordie cō-
cluſum eſt ꝙ oino redimeret genꝰ hu-
manū ſolū: ⁊ nō lucifer ⁊ natura ange-
lica. Et hoc triplici rōne: vt ponit Ale-
xan. de ales. iij. volu. ſum. ⁊ Tho. ⁊ Bo-
na. in. ij. di. vij. ar. j. ¶ Prima rō: qꝛ an-
gelus peccauit ex ſemetipſo ſuggerēte: q
non habuit infeſtationē ad malū. Hō-
ſit alio ſuggerēte: qꝛ ab vxore fuit ſu-
ſus: vxor aūt a lucifero ſiue ſerpēte fu-
it ſuaſa ꝑterea a carne īfectꝰ. ¶ Scḋa
rō: qꝛ angelꝰ peccauit ex malicia. Adā
peccauit ex aliqua ignorātia: qꝛ morta-
le credidit eſſe veniale. Preterea nō
credidit tm̄ peccare quātum peccauit.
Preterea hō habuit ꝓpoſitū penitē-
di: angelus aūt nō. Preterea angelus
erat ſpūs: ideo debebat eē ꝓmptus ad
oē bonū. Mat. xxvj. Spūs quidē ꝓm-
ptus eſt: caro aūt īfirma: hō autē erat
caro q̄ eſt īfirma. ¶ Tertia rō ⁊c. Adā
peccauit in patrē: qꝛ ex quadā infirmi-
tate peccauit: cui attribuiſ potentia.
Eua peccauit in filiū: qꝛ ex quadam
ignorantia feminea ſuperbiuit: diui-
nam ſcientiā dei appetijt. Eritis ſicut dij
vnde in filiū peccauit: cui attribuitur
ſapia. Demon peccauit in ſpūſanctū:
qꝛ ex ꝓpria malicia inuenit cōtra ſpū
ſanctū: cui attribuiſ clemētia: ⁊ q̄ pec-
cat in ſpūſanctum nō remittiſ ei neq̄
qʒ in hoc ſeculo neqʒ in futuro: vt dicit
Mat. xij. Unde hō ſolū debuit redimi
Vn̄ dixit angelꝰ Euāngelizo vobis ⁊c.
qꝛ natus eſt vobis nō nature angelice.
¶ Secundum dicit ⁊c. Quis ab eter-
no deus predeſtinaueris incarnari?

Digitized by Google

tem ſui filij ⁊ ſalutis generis humani
voluit tamē vt noſtris ꝑcibus ⁊ ſctõꝝ
patrum impetraref. qꝛ vt dicit Grego.
xxiiij.q.iij. Obtineri nequaꝙ̄ poſſunt
que ꝑdeſtinata nõ fuerint: ſed ea q̄ ſan
cti viri orãdo efficiũt ita predeſtinata
ſunt vt ꝑcibus obtineãtur. Ille. Unde
ſancti patres cũ lachrymis implorauе
runt hunc diē. Et q̄ntum fuit eoꝝ deſi
deriũ apparet ex ſcripturiſ. Uixit adã
ix.c.xxx. annos petēs xp̄m. Enos.ix.c.
v. Enoch.ccc.lxxv. Mathuſalem.ix.c.
lxix. Lamech.vij.c.lxxvij. ãnis. Noe ix.
c.l. annis ſemꝑ petētes xp̄m incarnan
dum. Non habētes ſuũ intentũ diſpo
ſuerũt mittere ambaſſatores pro gra
tia impetranda. ¶ Primo patriarche
mittũt eſaiã. Eſaia.xvi. Emitte agnuʒ
dñe dñatorē terre. Adiũgit aliud Eſa.
v. Rorate celi deſuꝑ ⁊c. ⁊.lxiiij. Utinã
diſrũperes celos ⁊ deſcenderes. Scdo
ꝓphete mittũt moyſeʒ. Exo.iiij. Obſe
cro dñe mitte queʒ miſſurus es.i. alſ
miſiſti me: ſed fuit ꝑticularis liberatio
mitte nũc ꝓ vlī liberatiõe. Tertio re
ges mittũt dauid di. Oſtēde nobis do
mine miãm tuã: ⁊ ſalu. ⁊c. Cãta. Quar
to ſacerdotes mittũt aaron di. Dñe in
clina celos tuos ⁊ deſcēde. Quinto ec
cleſia di. Excita dñe po. tuaʒ ⁊ veni. O
deus ſurge. Uidētes ꝙ nõ exaudirent
mittũt mulieres. ¶ Primo venit dña
eua di. Ob noſtrã culpã tu nos ꝯdēna
ſti: ſed deus ne reſpicias ad hoc: libera
me a tenebroſo carcere. Cui de⁹. O eua
tu peccaſti: nõ es digna meo filio. Se
cũdo dña ſarra. o de⁹ adiuua nos. Cui
deus. Non es digna: qꝛ infidelis fuiſti
de filio iſaac. Tertio dña rebecca. Cui
deus. Tu fuiſti ꝑcialis in iacob ⁊ eſau
Quarta fuit dña iudith: Cui de⁹. Fui
ſti homicidiaria. Quinta fuit dña he
ſter. Cui de⁹. Nimis fuiſti vane glioſa
polītdo te vt placeres Aſſuero. Tãd. ſ
miſſa eſt ancilla etate q̄ttuordecim an
noꝝ. Que oculis depreſſis tota verecũ
da dixit genib⁹ flexiſ. Cãta. veniat dile
ctus me⁹ i ortũ ſuũ: vt comedat fructũ
pomoꝝ ſuoꝝ. Ortus fuit vterus virgi
nalis. Audiēs aũt fili⁹ hoc vbuʒ dixit
patri ſuo. O paſ hanc amaui ⁊ exq̄ſiui
a iuuētute mea: ⁊ q̄ſiui eã mihi ſpõſaʒ
aſſumere: ⁊ amator fact⁹ ſum forme il
lius. Immediate de⁹ pater vocat Ga
brielē di. O gabriel vade cito in naza
reth ad mariã ⁊ defer ei nunc ⁊ ex ꝑte
mea has litteras. Et dic ei ꝙ ipſaʒ eli
go in ſpõſam meã. Et filius ſubiunxit
Dic ei ex ꝑte mea ꝙ eligo ipſaʒ in ma
trem: de cuius viſcerib⁹ ſumã mihi cor
pus: eroq̄ eius fili⁹ ⁊ ipa mea mater.
Da ei has litteras. Tertio ſpũſſanct⁹
dixit. Et ego habitabo in ea: eritq̄ tē
plum meũ. Da ei has litteras ex parte
mea. Ingreſſus gabriel ad eam dixit.
Aue gr̄a plena dñs tecũ. Ab a qḋ eſt ſi
ne: ⁊ ve culpe. Immunis a triplici ve:
de q̄bus Apoc.xij. Ue ve ve habitãti
bus in terra. Gratia plena. Hieron. Be
ne gr̄a plena: qꝛ ceteris ꝑ ꝑtes Marie
vo ſe tota infudit gr̄e plenitudo. Dñs
tecũ. Ber. plus tecũ q̄ mecũ. Dñs paſ:
dñs fili⁹: dñs ſpũſſctũs. Audiēs ange
li vba turbata eſt in ſermone. Maria
ſecũ habebat tres domicellas: pruden
tiam: virginitatē: humilitatē: ꝯſuluit
prudētiã. O ſocia mea: qḋ agã. Rñdit
prudētia. Cõſidera o maria: qꝛ ſcriptũ
eſt. Eccl'a.xix. Qui cito credit: leuis eſt
corde. Uñ bene dicif. Maria aũt cogi
tabat qualis eſſet iſta ſalutatio. Eccl.
xxxvi. Audi tacēs: ⁊ ꝓ reuerētia acce
det tibi bona gr̄a. Uidēs angelus eaʒ
ſic turbatam dixit. Ne timeas maria.
Cur times. Uirgo ꝯſuluit ſcdaʒ.ſ. vir
ginitateʒ. Cui dixit. O maria: pete ab
angelo de modo habēdi hunc filiũ. Et
ſi ſibi noiauerit de ſemine virili: ipſiuſ
cuʒ baculo expelle. O iuuēcule q̄ſi vīe
amatores noiant ipudica ⁊c. Qũo fiet

iſtud: q̄m virū nō cognoſco. Rn̄dit angelus. Spūſſctūs ſupueniet in te: et virtus altiſſimi obumbrabit tibi. Quare nō dixit veniet. Videas nicolaū de lyra ibi. Uirgo cōſuluit tertiā: ſcʒ humilitatē. Rn̄dit ei. Aſſentire ꝟbis angeli. Illa aūt ꝓcidēs in terra dixit. Ecce ancilla domini. Fiat mihi ſm ꝟbum tuū. Statim formatus eſt deus et homo in vtero eius. Orta eſt queſtio: qs deberet facere hanc redēptionē: an pater: an filius: an ſpūſſctūs. Concluſum eſt ꝙ filius. Et rō Scoti et Alexādri in tractatu de cōueniētia incarnationis In deo eſt potentia q̄ patri attribuit. In filio eſt ſapiētia: q̄ ei attribuit. In ſpūſſctō clemētia. demon appetijt dei potentiā: quādo dixit Eſa. xiiij. In celum aſcendā. et exaltabo ſoliū meum: et ero ſimilis altiſſimo. Uñ iniuriam fecit patri. Homo appetijt dei ſapientiā q̄n dixit Gen. iij. Eritmus ſicut dij ſciētes bonū et malū. Unde iniuriā fecit filio Antichriſtus q̄n veniet miracula faciet: vnde iniuriā faciet ſpiritulſancto q: miracula fiūt a bonitate ſpūſſancti Breuibus dico. demō offendit patrē. Homo offendit filiū. Antichriſtꝰ offendet ſpiritūſſctm̄. Ad illū ſpectat dare indulgentiā q̄ recipit iniuriā. Si natura angelica q̄ cecidit redimi debuiſſet ad patrē ſpectaret. Si antixp̄s redimi debuiſſet: ad ſpiritūſanctū ſpectaret. q: igit homo erat ſolus redimendus: ideo eius redēptio ad filium ſpectabat vt hoiem recuparet. O priuilegiū ſingulare hoi ꝯceſſum. vbi dicit Alber. ſuper Luc. ꝙ hodie quattuor ſunt facta placabilia que in veteri teſtamēto fuerunt dura et inflexibilia. Primo celum qd̄ nullū hoiem recipe volebat: hodie incipit ſuſcipere. Scd̄o angelus q̄ nullas aias ad celū portare volebat. Etiā ſi fuiſſet aia marie hodie incipit. Tertio deus q̄ humanū genus reconſiliare volebat. hodie petōrem ſuſcipit. Quarto mors q̄ bonos et malos ad infernū portabat: hodie benigna facta eſt vt a ſanctis deſideret. Cupio diſſolui et eſſe etc. In q̄bus verbis dubiū queritur. Utrū ſi hō nō peccaſſet: xp̄s incarnatus fuiſſet. Ad hoc due ſunt opiniōes Una eſt alexādri ordinis minorum. alia eſt Tho. Alexāder dicit ꝙ etiam pecca to non exiſtēte: xp̄s eſſet incarnatus. Ratio illius eſt. Homo eſt creatus ad beatitudinē ꝯſequēdā: et eſt beatificabilis in vtroqꝫ: et quo ad corpus: et quo ad aiam. Sed beatitudo hois quo ad partē ſenſitiuā eſt in aſpectu humanitatis aſſumpte. Quo ad aiam vero in viſione diuinitatis. Ut igit beatificaretur quo ad corpus decuit xp̄m incarnari. Alexāder quo ad hoc nihil ꝓbat q: cū beatitudo hois ſit ex ip̄a diuinitate. Augu. Uiſio eſt tota merces: que viſa ab aia beatificat corpus ex redundantia ipſius aie ad corpꝰ. In viſione ꝟo humanitatis reſultat quoddā gaudium accidētale. Uñ ſi nō peccaſſet etc. Scd̄a eſt Tho. iij. p. q. j. ar. iij. ꝙ nō eſſet incarnatꝰ. Ratio eſt. Ea eñ q̄ ex ſola dei volūtate ꝓcedūt ſupra oē debitum creature nobis innoteſcere nō pñt niſi quatenꝰ in ſacra ſcriptura tradit ꝑ quā nobis diuina volūtas innoteſcit Uñ cū in ſacra ſcriptura: ratio peti primi hois aſſignet: dicit eſſe in remediū peti. Augu. Nulla cā fuit veniēdi xp̄o dño: niſi peccatores ſaluos facere: tolle morbos: tolle vulnera: et nulla erit cauſa medicine: et ſup Lu. Si hō nō peccaſſet filiꝰ hois nō veniſſet. Et idē ſup illo ꝟbo Mat. i. Ip̄e eñ ſaluū faciet populū ſuū. Si ergo inde hō nō peccaſſet virgo nō peperiſſet. Idem in oratione ad virginē. Ad q̄d mater fieres ſaluatoris: ſi nulla eſſet indigētia ſalutis. et domaſ. in ſequētia ad virginē loquēs. Nec abhorreres peccātores ſine qbꝰ nūq̄

Fores tanto digna filio. ꝛ Paulus fuit huiꝰ opinionis: qn̄ dicit .i. Thy.i. Xp̄s ieſus venit i hūc mūdū pctōres ſaluos facere. Uñ ptʒ ſcōm. ¶ Tertiū dr̄. Eple tis ad Adā qnqʒ milibusānis. Scd̄ꝫ antiquos.vi.milibꝰ tēpore Octauiani imperatoris: vt deſcribit Lucas. Exijt e dictū a ceſare Auguſto: vt deſcriberet vniuerſus orbis. Dicit Auguſtꝰ ab au gēto: qꝛ auxit impiū romanū mirabi liter. Uoluit ſcire qt̄ prouincie ciuitates caſtra ee͂nt in ſuo dn̄io: iuſſitqʒ vt oēs vbi trahebāt originē: ad patriā ppriā pgerēt. Et qlibet denariū vnū accipie bat in capite dī. Ego confiteor me eſſe ſubiectum romano impio. Joſeph aūt cū ee͂t de ciuitate bethleē: duxit ſecū v ginē de nazareth: q̄ erat grauida filio dei. Impoſuitqʒ ſup aſinū matrē dei. ꝛ ad manū ducebat bouē. O bonā ſocie tatē. Cū ee͂nt in bethleē: inuenire hoſ ſpicia plena: vñ ibi hoſpitari mariam nō potuerūt. Duplex rō eſt. Prima qꝛ erāt plena hoſpitia militibꝰ q̄ eo vene rāt cā huiꝰ deſcriptiōis. Scd̄a qꝛ ſunt duo genera pſonarum: que inuite ſuſci piunt tabernarij.

¶ Primo religioſos.

¶ Secundo pauperes.

¶ O quāta triſticia erat ioſeph ppter matrē dn̄i. Uirgo eū pfortabat. Extra ciuitatē inuenerūt porticū vnū in via publica in qua erat pſepe vbi foreſes ponebāt aīalia: ibi parauerūt locum. Cū eſſet nocte media lux erat vt dies. iuxta illō ps.cxxvij. Et nox ſicut dies illuminabit. Maxim.ū ſenſit gaudiuꝫ virgo filiū pepitꝰ ꝛ reclinauit i pſepio qꝛ nō erat locus in diuerſorio. Cū eſſet natꝰ adorat a tribus. Primo a maria: que ſm originē habuit noticiā ipꝫ eſſe moriturū p hūano genere. Scd̄o a io ſeph. Tertio ab aīalibꝰ. de q̄bus Eſa.i. admiratꝰ. Cognouit bos poſſeſſorem ſuū: ꝛ aſinus pſepe dn̄i ſui. ꝛ Abacuch iij. Dn̄e audiui auditū tuū ꝛ timui cō ſideraui opa tua ꝛ expaui i medio duo rum aīaliū. Fuit admiratio pphete ꝙ in loco tā hūili reclinaret xp̄s. vñ aīa lia ceperūt ipm calefacere in pſepe. de iſto pſepe. Diero. i marcellā. Ecce in h̄ paruo terre foramine: celoꝝ cōditor na tus eſt. Dic pānis inuolutꝰ. Dic viſus a paſtoribꝰ. Dic ſtella demōſtratꝰ. Dic a magis adoratꝰ eſt. Jlle. Si tu es xp̄s ꝛ dei filius: vbi palatiū vbi aula regia vbi ſeruitores: vbi frequētia pſonarū o paupratē. Jn ipſa nocte qua natꝰ eſt in hora huiꝰ natiuitat oīs creatura ali qō ſignū oſtēdit. Jn oriēte appuerunt tres ſoles q̄ paulatim in vnū ſunt re dacti. Et h̄ ſignificat ꝙ noticia vnius dei ꝛ trini iminebat mūdo. ꝑterea Eu ſebius in cronica de Octauiano impa tore cū totū mūdū ſubiugaſſet roma noꝝ impio: intantū placuit ſenatui vt eū p deo colerēt. Prudēs vo imperator mortalē ſe intelligēs nomē imortali tatis noluit vſurpare. Ad inſtātiā il loꝝ importunā: ſybillā pphetiſſeꝫ ad uocauit volēs ſcire p oracula ſi in mū do eo maior aliqū naſceret. Cū in die natalis dn̄i in camera imperatoris oracu lis inſiſteret ſybilla: in die media circu lus aureus apparuit circa ſolē: ꝛ in me dio circuli virgo pulcherrima ſtās ſup arā puerū geſtās in gremio. Tūc ſybil la ceſari oſtēdit. Cū ſup hoc Ceſar ad miraret: audiuit vocē dī. hec eſt ara ce li. ꝛ ſybilla dixit ei. Dic puer maior eſt te: ipm adora. Eadē camera in honorē ſcē marie dedicata eſt: ꝛ dicit came ra are celi. Preterea fons aque i liquo rem olei cōuerſus . ſt. q̄ erūpens ſe vſ qʒ ad tyberim pfluxit: tota die emana uit oleum: vt ſybilla pdixit. Preterea in oriente vinea engadi floruit que bal ſamum dedit locum myrre. Preterea rome.xij.annis fuit pax. Unde roma ni templū pulchrum pacis fecerunt. ꝛ



Digitized by Google

ſibi ſtatuā Romuli poſuerūt. Conſulē-
tes Appollinē quātū duraret. Reſpō-
dit eis. Quouſqȝ virgo pareret titulum
poſuerūt. Templum pacis eternū. In
hac nocte corruit. ⁊ eſt ibi eccleſia ſan
cte marie noue. Preterea āgelli cātaue
rūt in hac hora. Glīa in altiſſimis deo
⁊c. Preterea eccleſia ſignū leticie oſten
dit hodie: qꝛ tres miſſas celebrat. Qḋ
facit ſm Ric.iiij.diſt.xij.⁊ de cōſe.di.
i.ca. Nocte in glo. hac ratione. Una
dicit ante lucē in tenebris: ſignat tēpꝰ
ante legē: qn eramꝰ in tenebris. Scḋa
cū dies fit: ſignat tēpꝰ ſub lege: qn nō
dū plena agnitio de deo habebatur.
Tertia in die plena: ſignificat tēpꝰ gra
tie: quādo iā plena cognitio de deo ha
betur. Preterea paſtores ſūt letati: qꝛ
adinuenerūt xp̄m hodie ⁊ nos debemꝰ
facere: vt dicit laus ſancta. Lāta Lau
demus amorē diuinū ieſum illū deco
rum infantulū natū de virgine maria
Laudemꝰ tota mēte ieſum nobis pñtē.

¶ In feſto ſcti Stephani prothomartyr.

Gloria et ho-
nore coronaſti eum
dn̄e. In.ps. Qui et
fuerūt tormēta an
guſtie ⁊ vexationes
quilibet ſtrenui et
indeficientes vite
eterne milites fuerint ⁊ ſint afflicti in
pñti vita pro diuino honore: aperte de
claratur ſi ſcripturas ⁊ eorū geſta inſpi
cimus. Uñ ex hoc quidā antiqui phi
nullā dixerūt eſſe diuinam prouidēti-
am. Unde Lactan. in.iij.lib.ca.xvij.in
troducit epycurū. videbat Epycurus
bonis ſemꝑ aduerſa accidere paupta-
tem labores exilia: carorum amiſſiones
malos cōtra bonos eſſe augeri potenti-
tia honoribus affici. Uidebat innocen
tiā minus tutā eſſe ſcelera impune cō-
mitti. Ex hoc eſtimauit nullam in deo
eſſe prudentiā. Ille. Et dauid in celo
Uſqȝquo peccōres dñe. vſqȝquo ⁊c. Si
tu es iuſtus quare mali proſperātur ⁊
boni tribulātur. Uidi impiū ſupexal
tatū ⁊ leuatum ſicut cedros libani. Et
ne tales admittentur. cogitare habē
illud qḋ ſcribit aplus ad Heb.xij. Fla
gellat aūt deus oēm filiū quē recipit.
Et ſicut bonꝰ pater corripit filiū ſuum
quē diligit: ita deus pater electos ſu
os affligit vt glorioſius coronent. Qḋ
pulchre declarat Lactā.in.vi.li.c.xxij:
Deꝰ hoīes ꝑ liberis hȝ ſȝ corruptos vi
tioſos luxurioſe ac delicate patit viue
re: qꝛ nō putat emēdatiōe ſua dignos.
Bonos aūt quos diligit caſtigat ſepꝰ
⁊ aſſiduis laboribꝰ ad virtutē exer
cet: nec eos caducis ac mortalibꝰ bonis
corrūpi ac deprauari ſinit. Unde nemi
ni mirū videri debet: ſi pro noſtris ſe
delictis caſtigemur a dño. Immo vero
cū vexemur ac premimur: tūc maxime
gratias agimus indulgētiſſimo patri
qꝛ corruptelam noſtrā nō patitur lon
gius procedere: ſed verberibus emēdat.
Ille. Stephanus per horrēdā fuit co
ronatus: qꝛ dicebat i tormētis. Uideo
celos apertos ⁊c. ſm Albertū. Quidā
ſunt in celo tantū corde: vt pigri: qui
bona ꝓpoſita qȝ habēt opere nō implēt
Quidā tantū ore: vt predicatores va
ni. Quidā tantū ope exteriori: vt va
ne glorioſi. Quidā omnibus modis: vt
Stephanus. Quare ab deo magno co
ronatus eſt vna incōtaminata corona
Sicuti verba ꝓpoſita atteſtātur: qꝛ in
eiꝰ preconiū canit eccleſia ſancta. Glo
ria ⁊ honore ⁊c. Et quāuis multe fue
rint cauſe coronationis ſue tamen pri
cipue conſtantia martyrij ſui. De qua ve
lo pertractemꝰ. Ubi tria videāda ſūt.

¶ Primum dicitur diffinitionis.

¶ Scḋm dr̄ determinationis.

¶ Tertium dr̄ conſeruationis.

¶ Primum ⁊c. Ex verbis Tullij in rhe

Digitized by Google

phorica ſua talis datur diffinitio. Conſtantia eſt volūtaria perpeſſio rerum difficiliū τ arduarum. Circa intelligentiam prenarrare diffinitionis τ clariorez euidētiam notanda eſt ſententia theologoꝝ. Qḋ opa hois ſortiūtur pricipiū a volūtate. Et pro tanto peccatū dicit quāto a volūtate pcedit: vt τ ſancti canones affirmāt. xv. q. i. c. Non eſt ca. Merito. c. Illa. τ. xxiij. q. iiij. c. Nabuchodonoſor. τ per Iuriſtas. C. de poſtulando. l. Nemo. C. ad Iuliaz maieſtatē. l. Quiſquis. τ. C. de epis τ clericis. l. Si quis nō dicaz rape. τ. C. ad. l. Cornelia de Sicarijs. l. i. Crimen non cōtrahitur: niſi volūtas nocēdi intercedat. Exemplū de oculo: qui vagizat. Et manu qui occidit. Quod totū: a volūtate occidit. Quod totū a volūtate pcedit. Et opus piū. ſic eſt bonū τ meritoriuz p quanto eſt volūtariū. Ideo ps. Volūtarie ſacrificabo tc. τ Amb. Volūtarium ſibi milites eligit xps. et Tullius in. ij. Rhetorice noue. Voluntarē in omnibus rebus ſpectare cōuenit. Ideo dicit. Conſtantia eſt voluntaria perpeſſio. Quia ſi non volūtaria nō eſt meritoria. Sequit. Rerum difficiliū τ arduarū nō ex punctura dicitur quis martyr: ſed difficiliū. Quia vt ait Albertus quinto compen. Virtus cōſtātie ē aggredi ardua τ aduerſa equanimiter ferre. In quibus verbis ſunt tres concluſiones notande.

¶ Prima eſt. Quare deꝰ per aduerſam fortunam τ non proſperam voluit ſuos coronare.

¶ Secunda. Quale remedium eſt tēpore aduerſe fortune.

¶ Tertia. Quale premium datur huic aduerſe fortune.

¶ Circa primū. Reſpōdent theologi. Qḋ deꝰ voluit agitari ſuos in hac vita aduerſa fortuna τ nō pſpera. Quia pſpera fortuna eſt cā multoꝝ maloꝝ. Deuter. xxxij. Incraſſatus eſt dilectus meus tc. Oſee. ij. Dedi eis frumentuz vinū: τ oleū τ multiplicaui eis argentū: τ ipſi fecerūt Baal. i. cōuerſi ſunt ad idolatriā: τ oia mala. Ad practicā. Ille dephenditur habere multa bona tēporalia: τ lūbos pingues τ dicit heus qui habet hic paradiſuz in mūdo habz in alio. Dicant pdicatores quicqd tc. Que veritas habet de altera vita. Nemo ad nos reuertit. Voluptatē τ tps bonū capiaz. Et negligit diuina ſpernit deū: ſpernit proximū. Quis es talis: viuus mēdicus. Incraſſatꝰ eſt dilectꝰ meus τ recal. Qḋ patet exēplo. Primo de Dauid q multis victorijs adeptis fortuna pſpera eū deiecit: qa cōmiſit adulteriū: homicidiū τ ſupbiā. Preterea Salomō in pſperis poſit. In diuitijs quatercēties mille. In ſapientia tria milia para. v. M. verſus. In fama tc. Ubiqz fortūatus tm pſpera fortuna deſecit circa mulieres. Preterea Ierobo am ante regnū ſceptrū bonꝰ fuit: rex coronatꝰ: adorauit vitulos. Preterea Nabuchodonoſor fretus pſperitate: ſuperbiuit cōtra deū di. Nōne hec eſt baby. tc. Preterea. Manaſſes regno habito peſſimus fuit. Fortuna ergo pſpera: ē cā multoꝝ maloꝝ. Unde o ciues mei q italia facta eſt ſpelūca latronū. ac vitioꝝ ſentina. Vere ob opulentiā bonorū tēporaliū. ideo Turchus rome dormit ab Anthonio de piſtorio di. italia ubi dormit inter craſſuz τ midam. Reſpōdit: id eſt pinguedine auaritie: qa mūdus nunq fuit tam diues vt nūc: τ nūq ſic auarus. Et hoc totū pter pauperes q fiūt. Mulier vnꝰ pelecani: vult equari mulieri vnꝰ comitis. nō eſt ſermo niſi de rapinis et vſuris. O pater hoc ānoꝰ grauū tm valebit. Scio quid loquor. Maximianꝰ. Rex Neapolitanus faciūt venūt. o heretice moriēris. Unde quidā vulgaris ſuper italiā ſcri

bene dī. Dulcis antiquoꝝ hyſtoriarū
memoria me ad cantandū hos verſus
inducit de italia a lōbardia infeliciter
de genere. imbaſtardita dicit̄: q2 dege
nerauit a bonis moribus. Et dante lis
vi. purgatorij. O alberto alemano. vbi
rephendit impatorē: quia nō viſitauit
italiā. Et romam rephendit ꝓpt̄ pec-
cata ſua: ⁊ q2 fortūa pſpa ē cauſa mul
toꝝ maloꝝ. ideo piiſſim⁹ de⁹ ꝑ aduer-
ſam fortunā q̄ eſt cauſa oīm bonoꝝ no
ſtroꝝ ſuos voluit coronare. q̄d dicis o
dauid. Canta. Imple facies eoꝝ ⁊c. vſ
qꝫ dn̄e. Qd̄ pꝫ elapſis annis dū peſtis
craſſaret̄ in hac miſerabili italia. Sed
nōdū finis. Ppl̄i ꝯſtruebāt eccl̄ias: ad
deū clamabāt. letanie cantabātur. s.
Petre. s. Stephane: ora pro nobis. Et
tu o ciuis q̄ dormis in diuitijs: puidē
tia diuina te corrigit cū aduerſa fortu-
na. Filius infirmat̄ quē doctorare vo
lebas. domus incēdit̄. equus moritur.
vxor īfirmat. Sclaua ingrauidat̄. Hec
oīa deus facit: vt ꝑ aduerſā fortunā
ad eū ꝯuertaris. Qd̄ pꝫ exēplo vincē
tij hyſtorialis. de illo duce q̄ dicebat
deū parteſanū. Cui angelus apparēs
dixit ei. Ueni mecū. qui reperit in via
ſolū caput cū barba. inde ꝓgrediēs in
uenit aliud caput vnius milit̄ abſciſ-
ſum. inde reperit filiū vni⁹ magni dn̄i
ſubmerſum in aqua quē pat̄ cū lachry
mis q̄rebat. Expoſuit aūt ei angelus
oīa iſta. Caput illi⁹ barbati fuit cuiuſ
dā heremite: q̄ ſub ꝓtextu ſcītudinis
⁊ barbe multa mala intēdebat facere.
Cui deus collū fregit: ⁊ dolēs ſalu⁹ eſt
Caput illius milit̄ fuit vni⁹ ciuis: qui
plura mala intēdēs facere miles fieri
voluit: ſed occiſus eſt ⁊ ſalu⁹. Fili⁹ illi⁹
ciuis aqua ſubmerſus eſt: erat occaſio
dānatiōis patris ſi vixiſſet. Sꝫ fortūa
aduerſa ipm̄ ciuē ad gradū pſtinū pie
tatis reduxit. Et de rege alfonſo: q̄ ꝓ-
ſtratus in Cicilia di. Collaudo deū qui
me aduerſa cū fortuna liberauit. Coro
nam regni abſtulit: reginā meā in ma
nibus barbaroꝝ dedit: vt ſic me ad eū
ꝯuerterē. Exēplū Melanie. de q̄ Hie
ro. ad paulā q̄ orbata duob⁹ filijs ⁊ vi
ro vno ⁊ eodē die. oppſſa in vno pāctis
tot īfortunijs noluit deſpare exiſtimās
ꝑ aduerſas fortunas coronari. Idcirco
ꝯuoluta ad xp̄i pedes dixit hec verba
Expedit⁹ tibi ſeruitura ſum dn̄e: q2 tā
to me onere liberaſti. Un̄ h̄ qꝫ q̄dā ſūt
lapidati. Quidā oīb⁹ mēbris laniati.
Quidā vſti. Here vt ꝑ aduerſam fortu
nam ad verū deū reducerent̄. ¶ Scdo
ꝯcluſio. Quale remediū eſt hoī: poſito
in aduerſa fortuna. R̄ndeo qꝫ ſola cō
ſtātia. ⁊ rō Tho. xxij. q. clxxxvi. Qz in h̄
mūdo poſit⁹ eſt in loco certaminis iu
xta illō Malicia eſt vita ⁊c. ⁊ vndiqꝫ
hꝫ āguſtias: iuxta illō. In mūdo pſſu
ram habebitiꝭ. O q̄t diuitiarū anguſtie
de filijs. de fama. Hiero. ad heliodoꝝ.
Ubiqꝫ luct⁹ vbiqꝫ gemit⁹ ⁊ plīma mor
tis imago: ⁊ ſi qn̄ hō fulget gl̄ia: bene
re: diuitijs. Tibi dico o tyrāne. Tu ex
pecta modicū qꝫ fortune pſpera dcat
tibi ſpatulas. q2 poſt pſpera ſuccedūt
aduerſa: poſt diuitias paupertas. O q̄-
ti antiquus ferebāt veſtē ⁊ mātellū ro
ſati: ⁊ manicas rubeas: ⁊ edebāt panē
frumēti: ⁊ nūc edūt gemit⁹ inter oſtia
clauſa magne miſerie. Et q̄t dn̄i ſpa-
les foris viderūr honorati q̄ tū int⁹ cū
vxore ⁊ filijs comedūt panē doloris.
ideo Boe. Neſcit fortuna deſcere lēi
gaudet triſticia miſcet. Nemo ſcdis
cōfidat. Idē. Neminē eo fortuna pro-
uexit: vt nō tm̄ illi minaret̄ q̄tū pmi-
ſerat. Noli huic trāqllitati confidere.
Memēto mare reuerti f: eodē die vbi
luſerūt nauigia ſorbēt̄. Qd̄ pꝫ exēplis
paganoꝝ ⁊ modernoꝝ. Primo ⁊c. de dio
nyſio dn̄o cecilie. q̄ fortunā in oīb⁹ ob-
ſeq̄oſaꝫ habuit. Tādē de patria expul
ſus trāſijt in greciā: ⁊ ꝓpter inopiam

Digitized by Google

pedagogus fact⁹ est puerorum:vt refert Val.li.vi.c.ix.⁊ crasso romano:q̄ in cōsulatu fuisse tāta gr̄a:vt patron⁹ p̄fie diceret.Deinde opinione ppl'i cōuersa ɔtra ipm ɔcurāte aduersa fortuna ante ɔspectū totius ciuitatis man⁹ carnificū lacerauerūt. Preterea.M.Alexā. post celebres victorias semper Casandrum venenatus est in potu in mēsa. Quo hausto in media potione velut gladio pfosis ingemuit.Deportat⁹ a cōuiuio:die quarta mortu⁹ est anno etatis sue.xxxiij.⁊ mēse vno cū regnasset annis.xij.j.Mach.j.Preterea Xerces rex persarū q̄ subuertit mōtes:maria ɔstrauit bello infeliciter gesto in grecis:ɔtēptibilis suis fact⁹ ɓm Justi.occidit ab Artabano pfecto suo.Preterea.Romulus fundator rome in palludib⁹ capre: in tā magna tēpestate amplius nō est visus.Rex etiā Samiorum noie Policrates.de quo Valeri⁹.vi.c.ix.Qui a deo fortunā ad libitū habuit ꝙ oia ad voluntatē pficiebat.Ad quā moderādā fecit p̄ciosum anulū in mare. Quē statim iuenerūt piscatores:sibiq̄ oblatū est.Sꝫ fortuna pspera visa est in luctū qr:mouēs bellū ɔ dariū regē psarū cōprehēsus a militib⁹:in furca suspensus est ⁊ relict⁹ auib⁹ lacerādus.Et q̄ felix in terra fuit,infelix in furca expirauit. Preterea q̄d dicā de galeā maria q̄ occisus est ⁊c.De seuerino roberto:q̄ in fluuio dilapsus.⁊ de comite iacobo neapoli balsamato.Quid ergo est p̄ns vita:nisi mutatiōis. Hodie diues:cras paup.Hodie san⁹:cras infirm⁹.Jdeo ad talia sustinenda necessaria est hoi. Constātia.Jpsa est q̄ hoiem ɔferat:ad oia sustinēda pacificat.¶Tertio ɔclo Quale premiū daf huic aduerse fortune:r̄ndet Hier.ad exuperantiū.Nudū xp̄m nud⁹ seq̄re.durū:grāde:difficile. Sꝫ magna sunt p̄mia.⁊ i cronica ordinis de fratribus cātantib⁹ matuti.lippis oculis:⁊ voce rauca.Quib⁹ apuit ang b.d.Fortit fratres mei qr premia sunt vobis maxia para.¶Scōm d̄r ⁊c.Cōstās dꝫ eē hō in.v.ɓm Albe.sup Lucā.

¶Primo in contumeliarum illatione.

¶Scdo in tpaliū bonorum perditione.

¶Tertio in carorum amissione.

¶Quarto in corporis flagellatione.

¶Quinto in voluntaria operatione.

¶Solēt nanq̄ hoies mali molestare bonos detrahēdo eis ⁊ ifamādo:aut ɔtumelias inferēdo.qr vt dixit Hier. in epl'a pauli.Sepe virtutes seq̄tur inuidia.Sꝫ ibi est virt⁹ ɔstātie:⁊ laus hoi qñ scit equanimiter ferre. Jdeo Grego. xxiij.q.iiij.c.hec aūt vita.Si boni estis ꝙdiu in hac vita subsistitis equanimiter malos tolerate.Nā q̄sq̄s malos nō tolerat:ipe sibi testis est:qr p impatiētiā bon⁹ nō est Abel eni eē renuit:quē Caym malicia nō exercet.Jlle.Jō Salo.in puerb.Ne r̄ndeas stulto.Sup q̄ dn̄icus tolo.q̄nq̄ gn̄ib⁹ psonarum nō est r̄ndēdū:nec cū eis litigādū.¶Primo cū dn̄is tpalib⁹.Eccl.viij.Non litiges cū hoie potēte:ne forte icidas in man⁹ illius.Scdo cū diuitib⁹.Jdē.Multos eni perdit aurū ⁊ argentū.⁊ xi.q.iij.c. pauper.Cito violatur auro iusticia.qr par caponū ⁊ case⁹ placētin⁹ ⁊c.Tertio cū hoie linguato.Quarto cū hoie iracūdo.Quīto cū ppria vxore.Vn̄ cū q̄dā diceret diogeni.O inhertissime r̄ndit.Opꝫ eni sapiam ab isipiētib⁹ feriri.Pulchrior mod⁹ ad vincēdū inimicū est illū patiētia ⁊ ɔstātia vincere.Experiētia pꝫ.qr q̄dā cū iniuriā inferūt: miromō affligūtur qñ nō respōdet eis putāt eum se deludi.Qd̄ appet exēplo bn̄dicti cū diabol⁹ nō r̄nderet.d.bn̄dicte:irat⁹ dixit.Maledicte nō bn̄dicte. gre.terti⁹ dia.Glorius est irā tacēdo frāgere ꝙ respondēdo superare:quod pertinet ad magnanimitatem.¶Secundo ⁊c.quādo homo amittit tpalia

Digitized by Google

ſe deſpat. O quot ſe occiderūt: ꝛ ratio
pbi eſt in .ix. Ethi. di. Qđ cū magno la
boꝛe acq̄ritur magis diligit̄. Ideo q̄n
amittūtur tꝑalia bona magis hō affli
git̄: q2 diuitie cū ſudoꝛe acq̄runt̄ ꝛ corꝑe
ꝑis viuris. Vñ q̄n amittunt̄ dꝫ hō eē
patiēs. q2 nō ſunt ſua: ſ bona foꝛtune.
Ad hāc inducimur exēplis paganoꝝ.
Crathis: thebani: zenonis: eutigentis
mileſij. Anaxagoꝛe clazomenij. Dioge-
nis cinici. Biātis pꝛienneñſis: ꝛ fabricij
romani q̄ bonis amiſſis patiēter tule
runt: immo eas repudiarūt ſꝑ tāq̄ cā
multoꝝ affanoꝝ ꝛ vicioꝝ. ꝛ lygurgus
ſpartādus vti mōſtrat. Iuſtin' in ſuis
legib' oēm vſum tulit auri ꝛ argēti ꝛ
Eutropius ponit exēplū ad hoc ſcꝫ q
nō eſt dolēdū: qđ cū vrbs carthago va
ſtaret̄ a tito manlio ꝛ cathone cenſori
no ꝯſulib' romanis. Quidā pħs inuē
tus eſt q̄ ſumme gaudebat. Qui roga-
tus q̄re non triſtaret̄ vidēdo bona ſua
conſumi. Rñdit. Nihil abſtuliſtis de
meo. Senſus prudētia intellect' mea
ſunt q̄ auferri nō pñt. Tꝑalia aūt iſta
nō ſunt mea: ſed foꝛtune: ideo expetit
qđ ſuū eſt. Vñ ſeneca. Si pulcher es
lauda naturā. Si nobilis lauda paren
tes: ſi diues ſ foꝛtune debet̄: ſi virtuo-
ſus: lauda teipm. Ideo Iob. i. Dñs de
dit ꝛc. ❡ Tertio ꝛc. ſunt pſes q̄ impa-
tient̄ fuerūt moꝛtē caroꝝ. Deīꝫ dicūt
pꝛeſenū ꝛ doloꝛi ſe cōmittūt. Qđ ꝯ ſe-
neñ. ad paulinū. Quid tā muliebꝛe: q̄
ꝯſumēdū ſe doloꝛi cōmittere. ꝛ pħs li.
de pomo. Sapiēs dꝫ letari de' moꝛte ꝛ
nō dolere: q2 oīb' cōis eſt. Eccli. xxij. c.
Modicū ploꝛa ſup moꝛtuū q̄m requie
uit. In v̄bo modicū: q2 nō totalit̄ inter
dicit fletū ſup moꝛtuū cū ſit naturale
ſed exceſſiuū Tho. ſup iob. De amicis
moꝛtuis nō dolere duris coꝛdis eſt: ſed
virtuoſū eſt hunc doloꝛē nō immodera
tum habere: q2 etiā xp̄s lazarū fleuit.
Et dauid filiū. Ambꝛo. martyrū ꝛ ſa-
tyrū. Alber. ꝛ tho. ❡ Ad quā ꝯſtantiā
inducimur exēplis paganoꝝ. Solonis
Anaxagoꝛe. Filij metelli q̄ erāt .xvij.
nepotes, ꝛ neptes tulerūt foꝛtiter moꝛ
tem eius: quē ipſi ꝑ ciuitatē tulerūt. vt
cicero ponit in Tuſ. ꝛ de priamo q̄ ha
buit .l. filios ꝛ ꝑdidit: foꝛtiter ferens.
Ferēda eſt ergo ꝯſtāter moꝛs caroꝝ: q2
ad hoc nati ſum'. Sen̄. ad gationē fra
tres. Hac ꝯditiōe intraui vt exirē. Hic
eſt humani officij ſuis. Oēs me ante
ceſſerūt: oēſq̄ ſequētur. ❡ Quarto ꝛc.
pꝛouer. xxij. Infirmitas grauis ſobriā
facit animā. In cronica ꝑdic. Dum .f.
Pater dñicus ꝑmeret̄ lāguoꝛib' quas
ſoꝛoꝛes vocabat: ꝛ ſemel grauī' vrgere
tur ſolito: ſocius eius dixit. Pater ꝛo
ga deū: vt mitius tecū agat. Quo audito
dixit. Niſi viderē te ſimplicē eſſe te ex
pellerē a me q talia dixiſti. Et ꝯtinuo ꝓ
feſſus ſe in terrā nudā ꝓiecit di. Gra-
tias tibi ago dñe de oībus tribulatiōi
bus meis: ꝛ da centū ſi placet. ꝛ ſangu
de ſemet. o. Dñe hic vre. hic ſeca vt in
eternū ꝑcas. Quinto ꝯſtās in ieiunijs
in oꝛonib': ꝛ in oībus vſq3 in finē deū
bñdicere. In cronica oꝛdinis. Dū idem
patriarcha eſſet bononie: ꝛ haberet ſo
cium quendā carū. Socius pꝛincipiatus
eſt moꝛte. Vidēs patrē moꝛti pꝛimus
di. Nolo pr̄ ampli' ſupuiuere poſt te.
Sꝫ in oībus bñdict' deus q̄ mihi volū
tatē pꝛopꝛiam ꝯceſſit in oībus opibus
meis: q̄bus dictis moꝛtuus cecidit ad
pedes patris dñici. Vñ pꝫ ſcḋs. ❡ Ter
tiū dicitur ꝛc. Homo preſſus aduerſa
foꝛtuna debet inſtar boni tabernarij
qui carnes putridas ſuaui ſapoꝛe con
ſeruat. Ita ꝛ homo debet ꝯſeruare ꝯ
ſtantiam ſuam: tribus ſapoꝛibus.
❡ Pꝛimus dicitur recogitatio.
❡ Secundus dicitur auxiliatio.
❡ Tertius dicitur exemplificatio.
Qui habet aurũ poſſeſſiones pulchrã
mulierẽ. Uere nõ. ſed ſola virtus que
homineʒ honorare dignũ facit. in. iiij.
Ethi. Honor eſt exhibitio reuerẽtie in
teſtimoniuʒ virtutis. Sed hodie ſunt
miſeri:mẽdaces:vſurarij: inhoneſti:ſu
perbi:pompoſi. Quod cõtra dantis. x.
Purgato⁊. O elati xpiani infelices ⁊
vani:qui eſtis mẽte ⁊ intellectu capti
⁊ cõfiditis in ſpe longe vite. Nõne ad
uertitis:q vermes ſumus. Et apoſto-
lus. Precipe diuitibus huius ſeculi nõ
ſuperbe agere. Et cõtra mulieres pom
poſas q valde peccant. de iſtis. Multi
ſunt vocati ⁊c. ¶ Quartus ſtatus eſt
coniugato⁊. Qui fideʒ pacẽq inuicẽ
debent ſeruare:⁊ cũ omni timore dñi.
Exemplũ mulieris:que coquebatur
ſancto patricio in gloria propter fideʒ
thori ⁊ pacẽ cũ viro. Sed hodie nõ eſt
fides nõ pax:q2 ſunt mali ideo et filij
participant. de his. Multi ſunt voca
ti ⁊c. ¶ Quintus eſt viduarũ:que de-
bent eſſe deuote eccleſiã viſitantes. de
quibus. j. Timot. v. Uiduas honora:



Digitized by Google

q̃ue vere vidue ſunt. Sed hodie ſunt
vagabunde. Multi ſunt ꝛc. ¶ Sextus
virginuꝫ. Ubi ſunt: O quot gemiueli.
O quot filij in latrinis. O quot ad ho
ſpitale in nocte deferūtur. ¶ Septim⁹
eſt mercatoꝝ: qui debent eſſe veraces:
nō iurare: vel periurare. Quod xp̃s do
cet Math. v. Sit ſermo veſter: eſt eſt:
non nō. Sed hodie mille periuria: per
corpus: p ſanguinē. Cōtra xp̃s Math.
vi. Nolite iurare oīno: neqꝫ per celum:
neqꝫ per terrā: neqꝫ per caput. vt dicit
Tho. in quolibetis. Periuriū grauius
eſt homicidio. ¶ Octauus eſt artificū
Qui artes ſua corrūpunt: ſed puniunt
dum fallunt alios artes eos fallūt. O
pater artes nihil valent. Scis quare:
q꜄ comitis in ea mille fraudes. Oſee.
ix. Area ꝛ torcular nō paſcet eos: vinuꝫ
mentief eis. ¶ Nonus eſt pauperuꝫ: q
equiparari volūt ciuibus. Non agno;
ſcitur plus vxor ruſtici ex ciuis. Et ru
ſticus vult deferre caputiū cū veluto.
Uade ad cuſtodiendū pecora. Multi
ſunt ergo vocati ꝛc. Uñ pꝫ ſecūda ra
tio. ¶ Tertio ratione ꝛc. Concluſio eſt
phĩ. ij. Ethi. Uirtus in medio cōſiſtit:
ꝛ verſaf circa difficile. Exempli gratia
de ſagitta ad ſignū. Nā ꝯtingere pun
ctuꝫ ſiue centrū eſt difficile. Recedere
auteꝫ ab hoc medio eſt facile vt pꝫ in
ſagittātibus ad ſignū. Ad propoſituꝫ.
Uirtuoſe agere cōſiſtit in attingendo
mediū: qđ eſt difficile. Recedere autē
ab hoc medio eſt facile. in. ij. Ethi. Dif
ficile eſt eſſe bonū. In eodē. Malū eſt
facile: bonū vero difficile. Ideo hiero.
aduerſus vgilantiuꝫ. Rara eſt virtus:
nec a pluribus appetif. Ouid. lib. ij. de
pomo. Nec facile multis inuenies mi
libus vnū. Uirtutes precij q̃ putet eſſe
ſui. Cum ergo ſint plures vitioſi q̃ vir
tuoſi. Ideo plures erūt dānati q̃ ſalui.
Uerte te ad crucifixū. O dñe de⁹ quo
vadūt luxurioſi: auari: ſuperbi blaſphe
matores: piuri. Clamā ad infernū quo
vadūt prelati mali epiſcopi cardina
les: de grege non curātes: ſed de cani
bus: ad infernū. Quo vadūt monachi
mali male viuētes. Ad infernū quo in
cantatores quo nigromātes. Ad infer
num. Quo vadunt tot aduocati: pro
curatores: notarij. Ad infernum. Quo
tot mercatores: artifices: laboratores:
Quo tot mulieres vane: luxurioſe: car
nales. Quo vadūt tot ignorātes: quo
rum plenus eſt mūdus. Que ignoran
tia: non excuſat ſm Tho. j. ij. q. lxxvi. ꝛ
Alexan. in. iij. par. ſum. ꝛ di. xx. c. ſi de
creta. Ignorātia craſſa ꝛ ſupina nemi
nem excuſat. Nonne eſt maior nume
rus ignorantiū q̃ ſcientiū. O pater ſic
Ergo multi ſunt vocati: pauci ꝛc. Pre
terea ciues mei: ſancta eccleſia tenet
q̃ nullus in mortali decedēs intrabit
eternā vitā etiā ſi chriſtianus ſit. Sed
quis eſt hic ꝛ laudabimus eum. Quis
hodie eſt alienus a xp̃o domino. Non
eſt chriſtianus qui nō facit opera: ꝛ no
men chriſtianitatis falſo ſibi vſurpat.
Quod cōtra Ambro. xxij. q. v. c. caueat
Mendaciū nāqꝫ eſt xp̃ianū ſe dicere:
opera xp̃i non facere. Ille. Et per ue
ritatē dicite mihi. Quid ſonat hoc no
men dignuꝫ. Quid ſignificat. Audite
queſo capitulū illud. Cū veniſſe. extra
de ſacra vnctione. A chriſto chriſtiani
dicuntur. ꝛ Augu. lib. iiij. de doctrina
chriſtiana. Ex ſacramēto vnctionis vo
cabulū omniū xp̃ianoꝝ deſcendit ꝛ no
men. Quod namē ille fruſtra ſortitur
qui xp̃m minime imitatur. Ille. Tur
ba teipſuꝫ. Si xp̃iani nūcupamur: et
nō erubeſcimus: omni timore dei poſt
poſito in tot facinora viuere. Non eſt
amplius verecūdia tenere feminā: vi
ras dare: odia tenere. Cur nō cōcordat
facta cū nomine. q꜄ vt dicif. xj. q. j. de
ricus. ꝛ extra de prebēdis. ꝛ dig. c. cū
ſm apoſtolū. ꝛ inſti. de donationib⁹. ſi

Est et aliud. In aute. de defensoribus ciuitatum in princ. Nois debent esse conso na rebus: quibus imponuntur. Sed ipse enim est apostoli verbum ad Titum .i. Confitentur se nosce deum: factis aut negant. Sed audite auribus cordis xpm. Mat. vij. Non ois qui dicit mihi dne dne: intrabit in regnum celorum: sed qui facit voluntatem patris mei. Sed quis est qui facit eius voluntatem: pauci sunt in quolibet statu et gradu: imo male viuunt. Uirtutes fugiunt: vitia amplectuntur. Et sic multi sunt vocati: pauci vero electi: vnde pars ro. ¶ Secundo auctoritate Augu. li. ij. de ciuitate dei. Plures hoies currunt in penas quam in gloriam. Et. xxi. idem affirmat. Et in libro de vero cultu. Arbitror enim tres mundi partes esse dannandas: eo quod in ipsis regnant infideles. De quarta aut: quid dicam: nescio nisi quod iohannes dicit. Totus mundus in maligno positus est. Ille. practica in verbo i maligno positus e. Quis sine horrore cogitare quat. quantum hodie habundauit iniquitas in fide. Illam psequuntur fideles non erubescunt publice fornicari adulterari. O quot mala fiunt. Et Grego. super Mat. Ad fidem plures veniunt: sed ad celeste regnum pauci perducuntur. Asculanus lib. iiij. c. iij. O elati xpiani infelices et vani: qui estis mente et intellectu capti et confiditis in spe longe vite nonne aduertitis quod vermes sumus. Idem affirmat iohannes de lignago. Et zaberella in cle. de sum. tri. et fi. ca. ¶ Tertio pbatur figura. Iudicum. vij. de gedeone. Cum pugnaret contra madianitas et secum haberet. xxxij. mille viros. Dixit illi dns. Multus popul' tecum est. Unde licentiauit ex eis. xxij. milia: et remanserunt. x. milia. Cui dns. Adhuc populus est mult': duc eos ad flumen et ibi pbabis viros aptos ad pugnam Qui aquam biberint in flumine: vt canes eos separabis ab alia pte. vt aptos. Qui aut curuatis genib' biberint separabis eos ab alia parte vt ineptos. Fuit aut numerus eorum qui aquam biberunt manus proijcientes ad os in. ccc. viri reliqua multitudo remissa est. et sic pauciores fuerunt electi. Moraliter pauci sunt qui sunt apti ad bellum spiale contra vitia quia plus se curuant in peccatis. Quidam vincuntur vitio gule. Quidam vitio superbie. Et ita pauciores erunt salui quam dannati. Quarto pbatur exemplis. Primo sacre scripture. In veteri testamento Ge. vij. Tempore diluuij octo aie vtriusque sexus sunt saluate in archa: ex tot milibus psonarum. Preterea Gen. xix. Ex Gomorra et Sodomia: solus Loth cum vxore sua saluati sunt oes alij sunt igne consumpti p peccatum sodomie. ¶ Preterea Numeri li. ca. inuenies quod ex centum milibus exceptis puulis et mulierib': nemo illorum a. xx. anis et supra excepto iosue et Caleph intrauerunt terram pmissionis. Que terra signat vitam beatam de qua ps. Portio mea dne sit in terra viuentium. Secundo exemplo sanctorum. Ber. post dies. xv. sui obitus apparuit cuidam monacho: cui inter alia interroganti: si difficile esset saluari vt scriptura testatur. Respondit quod verum erat. Et intulit. Eadem die qua ex hac vita migraui. iiij. M. ccc. hominum recesserunt. Et ego solus cum quodam heremita vitam celestem intrauim'. Et quidam bon' secularis penas purgatorias saluandus intrauit. Alij aut in infernum. ¶ Preterea quidam monach' lugdunensis: qui fuerat in heremo: per annos tres in maxima penitentia: post mortem apparuit episcopo ciuitatis lugduni. d. Ah ah iusticia dei quam terribilis es. Et mirans epus adiurauit istum di. Quis es. Qui respondit. O Iohannes age penitentiam grandis tibi restat via. Eodem die quo ego decessi ex hac vita recesserunt octo milia anime que omnes sunt dannate: exceptis quinque.

Duo eternã gloriã: ⁊ tres purgatoriũ
intrauerũt. Et quid mirũ ſi tot dãnan
tur cũ totus mũdus ſit plenus laque
is. Unde ſanct⁹ Anthonius raptus in
ſpũ: vidit totũ mũdus plenũ laqͥs. Et
flẽs clamauit. O dñe qͥs euadet tot la
queos. Rñdit ei dñs. Sola humilitas
antoni. Sʒ pauci illã ſequũtur. Unde
pʒ quomõ ⁊c. Uñ Ber. Receſſit cuſto
dia a p̃latis: deuotio a religioſis. reue
rẽtia a ſubditis: cõſiliũ a ſenibus: lex a
ſacerdotibus: iuſticia a rectoribus: eq̃
tas a iudicibus charitas a ciuibus: ve
ritas a mercatoribus: charitas a mun
do. Ille. Unde patet ſcõm ⁊c.
¶ Tertiũ dicit̃ ⁊c. Ubi reſpõdendum
eſt argumẽtis factis. ¶ Ad primũ re
ſpõdeo q̃ verũ eſt de diuina miſericor
dia: ſed pctõr indignuʒ ſe facit. Exem
plũ de ſole: de igne: de pane. Que etſi
agãt ſuos effectus: nõ tñ in omẽs niſi
in diſpoſitos: ⁊ ad recipienduʒ aptos.
Peccatores vero reddũt ſe ineptos: cũ
opere ei reſiſtant. ¶ Ad ſ'õm: q̃ de ele
ctis ⁊ dãnatis eſt loq̃ dupl'r. Aut abſo
lute ⁊ ſimpliciter: aut cõparatiue. Si
primo modo: ſic electoruʒ numerus eſt
magn⁹: imo quaſi īfinitus. O quot pa
triarche: quot pphete: quot martyres.
vbi dicit Hiero. q̃ poſſʒ fieri quotidie
feſtũ quinq̃ milia martyrũ. Et ſic au
ctoritates ⁊ rõnes ſupra adducte ha
bẽt intelligi. Que dicunt numerũ ele
ctorũ eſſe magnũ: eſt verũ ſimpliciter.
Aut loq̃mur ſcõo mõ cõparatiue. Sic
dico q̃ electi ſũt pauci: ſi bõi mali ↄpa
rent̃. Qd̃ pbo exẽplis. Accipe pugillũ
arene in mãibus a littore maris: abſo
lute grana arene ſunt magna ⁊ innu
merabilia. Sed cõparando illis q̃ ſũt
in littore maris dicũtur pauca: ſic eſt
de electis. Multi ſunt electi abſolute
ſed in cõparatiõe dãnatoꝝ ſunt pauci
Ideo de⁹ abſolute loquendo dixit ad
abraam. q̃ ſemen ſuũ multiplicaret ſi
cut puluerẽ ⁊ ſtellas celi: ſimpl'r loquẽ
do nõ cõparatiue. Ita pauci ſũt boni
vt poſſint ſtare i pugillo dei. Sap. iij.
Iuſtorũ aie i manu dei ſunt. ¶ Ad ter
tiũ q̃ vult omẽs ⁊c. Bonauẽtura in. i.
di. xlvi. ar. i. ⁊ Tho. in. i. diſtin. pe. Dĩ
duplex eſt volũtas. Antecedẽs ⁊ cõſe
quens. De prima vult oẽs ſaluos fieri
quia ad hũc finẽ hoiem creat: ⁊ dat ei
naturã capacẽ: liberũ arbitrium: docu
menta ſalutis: vt poſſet procurare ſuã
ſalutẽ. Secũda conſequẽs quo ad hãc
nõ vult. Exemplũ de mercatore q̃ filiũ
adoptat in ſuuʒ ⁊ cõmittat oẽs libros
apothece: ⁊ omnia bona in manibus
q̃bus poſſit mercantiã pficere. Uult
hic mercator q̃ filius ſit bon⁹: ſʒ poſt
multos ãnos iſte diſſipat oia ſua bona
ſua. Quid facit mercator: ſup furcam
ſuſpẽdit: ⁊ ei pdit oẽm amorem. Ad p
poſitũ. Ita de⁹ de prima volũtate vult
oẽs ſaluos fieri. Sed non ſaluãtur. q̃
faciũt oia mala. Quo ad hãc volũtatẽ
eos dãnat. Unde pʒ: q̃ multi ſunt vo
cati: pauci vero electi. In fine exemplũ
patris. Dominici: qui a pluribus viſita
tus. Dic nobis inquiũt verbũ ſalutis pa
ter. Cum lachrymis rñdit. Nõ ſemper
ſtet in timore dñi: q2 vane eſſʒ creatus
ſi poſtea dãnaret̃. Igit̃ multi ſunt ⁊c.

¶ In ſermone de flagellis dei ⁊c.

Venit ira dei in fi
lios diffidẽtie. Ephe.
v. ¶ Tãta eſt dignitas
⁊ excellentia veritatis
q̃ ſm oim theologorũ
ſniam p̃cipue Tho. in. iiij. di. iij. Tunc
q̃ debet p̃termitti etiã ſi forte aliqui
egre ferant. Unde Aug. libro de libe
ro arbitrio. et ponit̃ extra de re. iu. in.
vi. Si de veritate ſcandalũ naſcit̃: vti
us ſcãdaluʒ naſci permittit̃ q̃ veritas
relinquat̃. Et phs. i. Ethi. Sanctum eſt
prehonorare veritatẽ. i. ſup oia veritas

tem. Nō immerito: q̄a nō eſt aliq̄d ita dignū: ſicut veritas. Vn̄. iij. Eſdre. iiij. Forte vinū fortis rex fortis mulier: ſed ſuper oīa veritas vicit. Jō Aug. ad Dierony. Incōparabiliter pulchrior eſt veritas xp̄ianoꝝ q̄ Helena Grecoꝝ. Jō phs i. Ethi. Duobus exiſtētibus amicis ſanctū eſt honorare veritatem. De qua nunciāda Iſa. lx. Super montem excelſuz. Aſcendere tu qui euāgelizas ſyon. Exalta in fortitudine vocē tuam q̄ euāgelizas hierl'm: exalta noli timere. Et i. Thymo. iiij. Argue increpa obſecra ꝛc. Cū igitur in preſentiarū mihi p̄dicandi ſit officiū cōceſſum opus eſt obedire voci diuine ac aperire ſcelera populi huiꝰ vrbis. N. Et mala q̄ p ipſis ſceleribus a iuſto iudice ꝓuenient cito: niſi cōuertantur. Jam pluribus diebus laboraui: clamaui: minas ex parte dei p̄dixi: ac ventura flagella tn̄ modicā video emēdationē. Nūc aūt magis clare ꝛ aperte de flagellis in cōi ſermonē habere inſtitui: de q̄bus tria videbimus myſteria.

¶ Primū dr̄ opinionis.
¶ Scōm dr̄ inductionis.
¶ Tertium dr̄ remediationis.

¶ Primū dr̄ ꝛc. Utrū mala q̄ veniunt in p̄ſenti vita fama. peſtis cariſtia īfirmitates: ꝛ hmōi ſint a deo. Circa hoc triplex eſt opinio. Una dicit q̄ demon eſt hoꝝ maloꝝ cauſa. Hec opinio fuit. Manicheoꝝ. De quibus. xxiiij. q. iij. c. Quidā aūt heretici. Ratio illoꝝ eſt: q2 ponebant duo principia: vt etiā poſuit. Parmenides ꝛ Symonides. Bonū ꝛ malū. Malū principiū dicebant eſſe dyabolum. De quo Johānis. xiiij. Uenit eīn princeps mūdi huiꝰ ꝛc. a q̄ dicebāt oīa eſſe mala: ſcȝ peſtes penuria ꝛc. De bono principio deo dicebant ſe nō intromittere. Secūda opinio quorūdam phoꝝ qui credebāt oīa iſta venire ab influētia corpoꝝ celeſtiū: q2 vt dicit phs. i. Metheoroꝝ. A virtute ſuperiori regūtur iſta inferiora. Et in li de regimine principū. Inferiora a ſuperioribus regunt. Corruptio aeris dicebant hi: inducit peſtē ꝛ alia mala in p̄ſenti. ¶ Tertia opinio q̄ erat deꝰ. q̄a vt dr̄. Eccl'. xi. Bōa ꝛ mala vita ꝛ mors paupertas ꝛ hōeſtas a deo ſunt. Igitur dicebāt oīa mala eſſe a deo altiſſimo. Rn̄det Tho. i. pte. q. xix. ar. ij. In. xij. q. lxxix. Et Bona. in. ij. diſtinc. xxxiij. Quod triplex eſt malum.

¶ Primum eſt culpe.
¶ Secundū eſt pene.
¶ Tertium eſt damni.

¶ De malo culpe: deꝰ nō eſt cā mali q2 nō eſt cā pcti: ſed nr̄a volūtas: imo clamat hoi. Eccl'. xxi. Quaſi a facie colubri fuge pctm̄. Ex hoc dedit liberū arbitriū hoi Eccle. xv. Deꝰ ab initio cōſtituit hoiem ꝛ cōſtituit eū in manu cōſilij ſui. Unde non eſt cā peccati ꝛ mali culpe. ¶ Scōm malū eſt damni: vt iob cui deꝰ abſtulit oīa bona. ¶ Tertiū eſt malū pene. Et ſic deꝰ eſt cā oīm maloꝝ q̄ ſiūt in p̄ñti vita. Infirmitates: cariſtie: peſtilētie ꝛc. Amos. iij. Si eſt malū in ciuitate qđ dn̄s nō fecerit. ꝛ Iſa. xlv. Ego dn̄s ꝛ nō eſt alter formās lucē ꝛ creās tenebras faciens pacē ꝛ creans malū. Et hoc de malo pene. Quis conducit infirmitates. Quis peſtes. Quis cariſtias. Quis bella. Uere deꝰ. Qđ quidem facit duplici ratione.

¶ Primo ratione punitionis.
¶ Scđo ratione tranſgreſſionis.

¶ Primo punitionis. vt mala q̄ ſiūt puniat. q2 vt dr̄ in. l. vulneratus. ff. ad. l. aql. Delicta nō debēt manere impunita. Et rō ē. q2 vt dr̄. C. de furtis. l. ſi q̄s Impūitas delicti inuitat hoies ad malignandū. Un̄ tot mala: tot latrocinia tot homicidia. Occiditur hō: ꝛ adhuc malefactor ſtat in terminis p̄rie ſine pauore: q2 nō eſt iuſticia: vt dicit Augu

Digitized by Google

lib. iiij. de ci. c. iiij. Remota deniq; iu
ſticia: q̄d aliud ſunt regna: niſi apta la
trocinia. Vn̄ qn̄ vides aliquē ſuſpendi
aut decapitari: nō doleas ſ; poti⁹ gau
deas: qr iuſticia habz locū. Hiero. Non
eſt crudelitas pro deo pietas .ſ. malos
punire. Et Boe. li. iiij. de cōſo. Punire
malos iuſtū ē: ſ; ipos euadere ipūitos
iniqū. vn̄ Alexā. mag. faciebat honorē
furce dicēs eē mēſ; iuſticie. et h̄ dicit Au
gu. li. de ci. dei q̄ iperiū romanorū fuit
dilatatū ſup oēs mūdi mōarchias pp
iuſticiā q̄ in romāis regnabat: ⁊ q̄re tādē
ad nihilū deuēit: qr defecit i eis iuſticia
ſed hodie nō inuenit̄ in terra. Vn̄ bn̄
clamat iohā. i. J. iiij. Totus mūdus in
maligno poſit⁹ eſt. nūq̄ fuit tā malus
vt nūc nec ſeparatus a dei amore ⁊ pxi-
mi: vt nūc eſt. Primo dei. Antiq̄tus ho-
mies erāt calidi de amore dei: qn̄ ibāt
dormitū orabāt genib⁹ flexis pp̄ter pe
ricula iminētia in morte: vt pr̄ noſter.
De q̄ Mat. vi. Cu; oratis dicite pr̄ nr̄
⁊c. ⁊ credo. De q̄ de cōſe. di. iiij. Vos an
te oia ſymbolū dicatis: ⁊ Aue maria:
cū ſigno crucis in frōte cum filijs ſuis.
De qua Chriſ. Crux eſt aduerſus demo
nes victoria. De mane ibāt primo ad miſ
ſam: qr Mat. vij. Primū q̄rite regnu;
dei. Et ſicut vis corp⁹ reficiare q̄tidie:
ita aiam cibo ſpūali miſſe: q̄a illa die
nō potes male capitare. mō aūt nō fit
imo vt beſtie dormitū eūt abſq; orōne
⁊ cruce. Ad miſſas nō vadūt: tm̄ in fe-
ſtis. Et adhuc hn̄t cor ad mundi nego
cia. Et ō cōtra dr̄ di. i. c. Qn̄ ſtamus ad
orōnē frēs cariſſimi inſiſtere ⁊ inuigila
re ad p̄ces toto corde debem⁹. Cogita
tio tūc carnalis hois ⁊ ſecularis abſce-
dat. Murmurāt cōtra ſacerdotē eſſe p
lixū in miſſa. Nō ſic fuit mediolani tē-
pore .ſ. Ambro. Qui ad altare in miſſa
p tres horas rapt⁹ fuit: ⁊ interfuit exe-
quijs ſcti Martini. ppl's ſtetit deuote
Preterea dieb⁹ feſtiuis ſtabāt ad veſpe
ras ad cōpletoriū ad diuina officia.
Mō aūt ſupa porticas: p plateas ſtāt
vl' mō vbi aliq̄ ludūt rbeſſen. aliq̄ ad tri
ſpbos: in vbbis mutilib⁹ ⁊ ībōeſtis. Cō
tra q̄s Mat. xij. De omi vbo ocioſo
q̄d locuti fuerint hoies: reddēt ⁊c. Au
diunt mala de ꝓximo. Jn. ij. Metha.
Cōmē. di. Cōſuetudo audiēdi fabulas
magnū īpedimētū eſt in cognitiōe ve
ritatis. Preterea antiq̄tus ieiunabant
cū familia aploꝝ: vigilias: ⁊ alioꝝ ſcō
rū de p̄cepto. Mō nō irridēt. O pr̄ nō
poſſu; dormire incūbit fratrib⁹ ⁊ pſby
teris. Et iō ſi ieiunant in ſero collatio
cardinalis. Ex h̄ veniūt libidines. Pro
uer. xxix. Qui delicate nutrit ſuū ſer̄
poſtea ſentiet eū cōtumacē;. Preterea
ſeruabāt feſta: put dr̄ Exo. xx. Opus
ſeruile nō facietis in eo. ⁊ C. de feriis
l. Dies feſtos. Dies feſtos: dies maieſta
ti altiſſime dedicatos: nullis volu
voluptatib⁹ occupari: nec vllis exactio
nū vexationib⁹ pphanari. Dñicū diē ſic
honorabilē decernim⁹ venerādum vt a
cūctis executōib⁹ excuſet̄. Mō aūt ni-
hil. Mulieres laborāt vſq; ad tertiā ⁊
quartā horā noctis: ⁊ artifices ſilr. Pre-
terea ꝯfitebātur oēs paſcate: vt xp̄ian⁹
dz facere. de cōſe. di. ij. c. Seculares q̄ in
paſcha nō cōicauerit: catholici nō cre
dātur nec inter catholicos habeantur.
Jlle. Mō aūt o quot ſunt q̄ iā p. x. an
nos ſtāt ſine cōione: vn̄ in amore dei to
taliter defecerūt. ¶ Scdo in amore p
ximi. Antiq̄tus ſi mercator vl' ali⁹ veniſ
ſet ad paupertatem: alij eū adiuuabāt.
Qr vt dicit phs. ij. pol. Amicis auxiliari
delectabiliſſimū eſt: ⁊ ei ꝯdolebāt. Ju
ij. Rhe. Amic⁹ gaudet bōis amici ⁊ cō
dolet triſtib⁹ amici ſui iuxta illud. Fle
re cu; flētib⁹. Mō nō ſicimo gaudent
Qſine nunc: quia nunc deus eum caſti
gat. Preterea antiq̄tus ſi hō vendebat
domū: res: vineam: amici ipi pecuni
as mutuabant. Modo autem ſi pau-

Digitized by Google

per venit ad diuitē: mutuat pecunias cū vsuris. O lupone: video te. Preterea antiqtus quādo diues videbat viduā puellā petebat a patre quare nō maritabat eā. Rñdentes ꝓpter inopiā: dabant eis pecunias ⁊ modū. Modo autem querūt eas pro vitio carnis. Mittunt ambasiatores ⁊ lenones. Preterea antiqtus erāt hoīes benigni: charitatiui: largi: liberales nō tenaces. qꝛ vt dicit phs. iiij. ethi. Amicitia est melior diuitijs. nunc nō curāt de amicis: sed solū vt ꝯgregēt diuitias. Preterea mercatores olim vendebāt sine fraude ⁊ sine vsura ad tp̄s modo aūt cū mille rapinis. Ex hoc mittit deus flagella. vñ xvi. q. j. c. reuertimini. Si qñ fames et penuria: ⁊ rerū oim egestas opprimit mūdū sciamus hoc ex ira dei descēdere. Preterea Auenzoar medicus. Pestis inqt ꝯtingit: qꝛ dñs mādat eā ad hoīs punitionē. Auicēna. x. Metha. Intendas dispositionē oim rerū q ꝓueniūt. Et credo ꝙ deus dederit pestē de flagellis diuinis q descendūt sup ciuitates flagitiorꝝ. ¶ Scdo rōne ⁊c. In. ps. Propter irā inimicorꝝ distuli. Cur luciferū de empyreo. Cur adā de terrestri paradiso. Cur diluuiū in terra. Cur sulphur sup sodomā. Cur lxx. peste de populo dauid mortui sunt. Cur de Sēnacherib. clxxxix. milia ⁊c. vere ꝓpter peccata. vñ est ꝙ dñs punit italiā. Ciuitatem vnā ⁊c. Propt pctā q ibi regnāt. Unde patet primum. ¶ Secundū dicitur ⁊c. Que sunt ista pctā que deū inducunt ad flagella. Sex.

¶ Primum est mandatorum diuinorꝝ transgreſſio.

¶ Secūdū est diuini verbi despectio.

¶ Tertiū est vitij carnalis abhoiatio.

¶ Quartum est pauperum et orphanorum oppreſſio.

¶ Quintū est pximi nostri odiatio.

¶ Sextum est malorum imprecatio.

¶ Primū est ⁊c. Qñ nō seruantur diuina ꝓcepta. Deut. xviij. Si nolueris audire vocē dñi dei tui vt custodias ⁊ facias oīa mādata eius ⁊ cerimonias quas ego precipuo tibi hodie. Venient sup te oēs maledictiōes iste ⁊ apphendent te. Maledictꝰ eris i ciuitate. maledictꝰ in agro. maledictū horreū tuū: ⁊ maledicte reliquie tue. Maledictus fructus ventris tui: ⁊ fructꝰ terre tue. armēta boū tuorꝝ: ⁊ greges ouiū tuarꝝ. Maledictꝰ eris igrediēs. ⁊ maledictꝰ egrediēs: qd ita factū est. Factus fuit seruus in egypto: quadringētis annis sub pharaone: postea seruus eglon sub rege Moab. xviij. annis. postea seruus in Babylonia. lxxvij. an. sub Nabuchodonosor: sꝫ ex pietate liberati fuere p hesdrā ⁊ zorobabel. Videamꝰ nūc si diuina ꝓcepta seruant in hac vra terra. Vere nō plꝰ sed obedit demoni ꝙ deo. Clamat deus hoi. Nō hēbis deos alienos. Et demon dicit. Sint tibi dij tui bona tpalia q mag ea ꝙ deū diligas. Añ facit ea suū paradisum. Clamat deꝰ Nō aſſumes nomē dei tui in vanū. Et demō dicit. Sis piurus: blasphema sepius. Maledic nomē dei: ⁊ scṫorꝝ. In cātilenis inolue nomē dei ⁊c. Clamat deꝰ. Sabbata scṫifices. Et demō. In diebus festiuis nulla sit in te memoria dei: nulla recordatio salutis tue: fuge ecclesiastica officia. Clamat deꝰ. Honora prem tuū ⁊ matrē tuā. ⁊ demō. Sis eis infestꝰ verba vitupa. Clamat deꝰ. Nō occides. ⁊ demō. Iniuriā noli sufferre. Clamat deꝰ. Nō mechaberis. Et demō. Nō erubescas adulrari. clamat deꝰ. Nō furtū facies. ⁊ demō rape depdare sgrafigna. clamat deꝰ. Nō falsū testimoniū dices. nō ꝯcupisces rē pximi tui ⁊ vxorē ⁊c. Scdꝫ pcm ⁊c. Hiere. xxix. Hec dicit dñs deꝰ exercituū. Ecce ego mittā i eos gladiū ⁊ famē ⁊ pestē ⁊ ꝑseqr eos in gladio ⁊ fame ⁊ peste ⁊

Digitized by Google

per hoc dico. quia non audierūt verba mea q̄ misi ad eos p̄ seruos meos. Ille Ubi sunt q̄ audiūt diuina. pauci q̄dē. O quot plures remanent ad missā. O quot plures vadunt ad ſolaciū: nec vacant diuinis: alij ad tabernas: alij ad chorizandū. O pater ſcriptū est. Interpone tuis ꝛc. Utiqȝ socie. Sȝ tamē nō dimiſſis diuinis. Ideo ꝓpter hoc veniūt flagella diuina. Aug. Si gen⁹ xp̄ianorum p̄cepta vite accepitq̄ ſi ab oībus ſeruarent: nulla in terris eſſent mala. ¶ Tertiū est ꝛc. In autētico. Ut nō luxurient ꝯ naturā. col. v. Propter talia enim delicta. ſ. luxurie ſodomie ꝛc. fames ꝛ peſtilētie ꝛ terremotus fiūt. Ex hoc miſit diluuiū i terra. Gen. vij. Ex hoc ſup ſodomā ꝛ gomorrā ignē: ꝛ ſulphur pluit. Gen. xviij. et Gen. xiij. Sȝ q dn̄s abrahe apparuit. ꝛ indicauit interitū ciuitatū ſodome ꝛ gomorre ꝓpter luxuriā illorū. Abraā nolēs videre tm̄ exterminiū dixit ad dn̄m. Nūqd ꝑdes iustū cū impijs. Si fuerint iusti i ciuitate peribūt ſimul ꝛ nō ꝑces illis. Cui dn̄s. Si inuenero in ſodomis q̄nquaginta viros bonos: ꝑcā eis. Iterū orauit p̄ q̄draginta. Iterū p̄ triginta. Iterum p̄ decē. Un̄ ciuitas euerſa eſt: propter vlem ꝯtumatiā. ꝛ loth ſol⁹ cū vxore: ſunt boni inuēti: Que vxor retroſpiciēs: ꝯuerſa eſt in ſalis ſtatuā. O quot luxurie. O quot ſodomie. O quot fornicationes. Clamant latrine latibula vbi ſunt pueri ſuffocati. Unde Ezech. xxiij. Hec dicet dn̄s exercituū. Oculos veſtros leuatis ad immūdities vr̄as. Et feciſtis oēs abhominatiōes vr̄as: Unuſquiſqȝ vxorē ꝓximi ſui polluit. Sȝ viuo ꝛ ego. dicit dn̄s: q2 dabo terrā hāc in ſolitudinē ꝛ i deſertū. Ille. Fugies in ſiluas cū filijs ꝓpter peſtē. ¶ Quartū eſt ꝛc. Qn̄ paupes opprimūt orphani pupilli. Ex h̄ ira dei ꝓpe eſt. Exo. xxij. Uidue ꝛ pupillo nō nocebitis. Si leſeritis eos: clamabūt ad me: ꝛ ego exaudiā clamorē illorū: ꝛ ꝑcutiā vos gladio Ille. Opprimūtur hodie: q2 paupes ſunt: vt di. xi. q. iij. c. paup dn̄ nō hȝ qđ offerat: nō ſolū audiri ꝯtēnit: ſed etiā ꝯ veritatē opprimit. Cito violat auro iuſticia. Ille. Uis o ſocie vincere lites Unge man⁹ iudicis ex qua vnctione veritas opprimit. xi. q. iij. c. q̄ recte. Acceptatio muneꝝ: ꝑuaricatio eſt veritatis: ꝛ Deut. xvi. Munera ꝑuertūt vba iuſtorū. Ouid. de arte. Munera crede mihi: capiūt homieſqȝ deoſqȝ. Gen. xxxij. Placebo eū muneribꝫ: ꝛ ꝓpiciabit mihi. Ad vos clamo: o iudices: o p̄tores: audite qđ p̄ Iſaiā dr̄ Iſa. j. Principes tui infideles ſocij furū. Diligūt munera: ſequūtur retributiōes. Pupillo nō iudicāt: ꝛ cauſa vidue nō ingredit ad eos. Ille. De rege Cambiſe qui fuit filius Cyri regis ꝑſarū. Cum regnū patris obtinuiſſet: ꝛ dep̄hēdiſſet quendā ſuū iudicē iniuſte iudicaſſe ꝓpter munus partis cōtrarie: iuſſit eū viuū excoriari ꝛ filiū eius loco ſubſtituit: vt filius memor ſupplicij: timeret iniuſte iudicare. ꝛ Uale. lib. v. c. viij. de Manlio Torquato q̄ filiū ſuū decimū Syllanū noie indignū a domo ſua abdicauit. eo q2 quedā iniuſte ſentētiauit: ꝓpter munera. Un̄ filius ex triſticia priuationis ſe ſuſpendit: cuius exequijs nec pater intereſſe voluit. O iudices notate bene. Un̄ ſm̄ ſententiā Alber. quinqȝ ſunt neceſſaria in oīi bona ciuitate: aliter oportet vt corruat. ¶ Primo bonus pater ſpiritualis ſcilȝ ep̄s. ¶ Secūdo bonus magiſter ſcolarium qui paruulos inſtruat. ¶ Tertio medicus materialis. ¶ Quarto apothecarius. ¶ Quinto bonus rector: quia vt dicit philoſophus libro de regimine principum. Tunc ſolent homines timere regem quando vidēt ipſum timere deum. Unde patet quartū. ¶ Quintū

peccatum ⁊c. Quando ciues odiunt ſe
inuicem: ꝓpe eſt flagellum dei. Unde
dñs Leuiť .xix. Non ſtabis contra ſan-
guinem ꝓximi tui. Exodi.xxiij. Si vi-
deris aſinũ odientis te iacere ſub one
re: nõ pertranſibis: ſed ſubleuabis cuꝫ
eo. Quãdo ciuitates ſunt diuiſe: a deo
flagellanť. Deuť.xxviij. Adiunget tibi
dominꝰ peſtilentiam donec conſumat
te de terra: percutiet te egeſtate: frigo
re: ardore: eſtu: ⁊ aere corrupto: ⁊ perſe
quetur donec pereas. Ille. Turcus ſcri
ſit pio: ꝙ nõ timebat quenꝗ̃ vſqꝫ quo
regnabat guelfus ⁊ gibellinꝰ: quia ſci
licet eſſent occupati inter ſe ad deſtru
endum. ¶ Sextum. peccatũ ⁊c. Uide-
licet blaphemia dei ⁊ ſanctoꝝ: ſed di-
citur Iſa.j. Dereliquerunt deum blaſ-
phemauerunt ſanctuꝫ iſrael ab aliena
ti ſunt retrorſum. Sequitur punitio:
Terra noſtra deſerta: ciuitates noſtre
ſuccenſe ſunt igni. Unde tot flagella.
Certe a blaphemijs. Pius papa. Con-
fuſa ſunt oĩa: ⁊ turbata: blaſphema
tur paſſim pietas: ⁊ in mandatis ſuis
contẽnitur deus: nullus dei timor: nul
la legum reuerentia. ¶ Tertium dici-
tur ⁊c. Sunt tria remedia. ¶ Primum
eſt vite immutacio. ephe .iiij. Renoua
mini ſpiritu mentis veſtre. ⁊.j. Reguꝫ
ij. Recedãt vetera de ore veſtro. ¶ Se
cundum orationum ꝓclamatio. Oui-
dius de arte. Flectitur iratus prece ro
gante deus. Exemplum dñici de tribꝰ
lanceis ⁊c. ¶ Tertiũ diciť ſanctorum
inuocatio. Io.v. Uoca ſi eſt qui tibi re
ſpondeat: ⁊ ad aliquem ſanctoꝝ cõuer
tere. Applica hyſtoriã ſancti cuiuſcun
qꝫ: cum iſto notando petri de pal.iiij.
di.xlv.ar.ij. duplici rõne. primo rõe de
uotionis. Secundo patrocinationis:
qꝛ gratiam habent ſuper mala: vt An
thonius ſuꝑ ignes. Rochus ſuꝑ peſtẽ
N. ſuper ⁊c.

¶ De choreis.

Ducerunt in bo-
nis dies ſuos: in pun-
cto aũt ad inferna de
ſcendunt. Iob .xxi.
Poſtꝗ̃ natura huma
na decidit ĩ miniſerã
dam pcti ſeruitutẽ: ⁊ ꝙ ſenſualitas eſt
facta rebellans rõni: ꝓpter infectaꝫ ⁊
corruptam culpã ⁊ radicẽ primorũ no-
ſtroruꝫ parentũ eſt neceſſariũ homini
conſtituto in pñti vaſta ſolitudine et
valle miſerie: ſe laſſat ita in exercitijs
corporeis ſicut in ſpũalibus: in ꝓmerẽ
do regnum celorũ. Hoc habeť figurati
ue. Geñ.iij. In ſudore vultus tui veſce
ris pane tuo. ⁊ Hiero. ad Etheſifonem
Tepidũ diſcipulũ nõ amat xp̃s. Uul-
gariza. Et qꝛ ꝙ hõ ĩ hoc tp̃e carniſpri-
uij parũ cogitat de hac pñia ſuoruꝫ cri
minum cũ ſit occupatꝰ totus circa in-
eptas leticias choreарũ cantilenarũ ⁊
conuiuioruꝫ. Ideo ille dulcis ⁊ amoro
ſus deꝰ auidus ſalutis filioꝝ ſuoꝝ nos
auiſat vt tẽperemꝰ nos ab ineptis his
leticijs ꝑ os ſanctiſſimi ⁊ ſpeculi pa-
tientie. Iob ꝗ dicit verba aſſumpta.
Duxerũt ⁊c. In quibus verbis de cho-
reis loquamur: in quibus hoies cũ dã
no aĩe ac corꝑis ſe occupãt: ⁊ hoc ſub
tribus myſterijs.

¶ Primum diciť offenſionis.

¶ Scdm diciť malignationis.

¶ Tertium dicitur punitionis.

¶ Queriť dubiũ. Utrum ducere chore
as ſit pctm̃: aut mortale: aut veniale:
aut nullũ. Videť quibuſdã ꝙ nõ. Rõ
qꝛ aliqñ cõuenit hoi recreari. Unñ phs
viij.eth.c. Ois laborãs indiget requie
in.x.ethi. Ludere ꝑ tp̃s rõnem boni hꝫ
Cato. Interpone tuis: interdũ gaudia
curis. Ad hoc rñdet Alber.in.iiij.diſt.
xvj. Durãdus ordinis minorũ in.ij.ſen.
Archiep̃us in.ij.par.ſum. Qꝛ chorea ⁊
hmõi ludi ſcḋm ſe nõ ſunt mali: qꝛ bene

Digitized by Google

possunt fieri sine peccato: maxime. v. coditionibus concurrētibus prius erit licita chorea. Aliter non: sed erit pctm̄ graue. Prima .s. ꝙ fit tpe debito: vt pu ta tpe gaudij .s. in nuptijs tpe victorie aut liberatiōis patrie vel hoīs: aut in aduētu amici de terra lōginqua: vt fe cit pater filij pdigi. Luc. xv. Qui fecit in aduētu filij fieri magnos triūphos Scda ꝙ fit cū honestis psonis de qui bus nō sit presumptio mali: vt cū me retricibus: cōcubinarijs ⁊ hmōi: qꝫ ta les psone nō habent dare bonū nomē vt faciunt quidā qui chorizāt in lupa nari. O malivoli quid facitis. Tertia ꝙ fiāt a psonis secularibus nō religio sis qꝫ debent se in alijs occupare in li bris: in casibus cōscientie. vñ de eis. ij. Mat. i. Habentes solatio libros sctōs in manibus vestris: qꝫ di. lxxxvi. Igno rantia mat eſt oim delictorū. Quarta ꝙ honesto modo fiant: ⁊ nō cū gesticu lationibus nimis inhonestis: ⁊ inordi natis: vt faciunt plures. Stringere di gitum el calcaneo ⁊c. Quinta ꝙ cātus vel musica excitans in his nō sit de il licitis: sed de moribus ⁊ honestis ne so netur in eis cantio mala. O excuban tes. Istis nō concurrentibus: semp est pctm̄ mortale. Qd̄ pbatur triplici rō ne: vt chorizātes nullam causam habe ant excusationis.

¶ Primo ratione finis.

¶ Scdo ratione priuationis:

¶ Tertio nature incitationis.

¶ Primo rōne ⁊c. Conclusio phi. ij. de aia. ⁊ ij. phy. ⁊ Tho. j. ij. q. j. ar. iij. Qd̄ actus humani spēꝫ sortiunt a fine: qꝫ si finis bonus est opatio bona est. Si aūt econuerso operatio erit mala. Exē plum de illo qui dat elemosynā si dat p amore dei bonum est: si ex vana glo ria malus est. Cuius finis bon⁹ est ⁊c. Ad ppositum. Finis chorizandi cōiter ⁊ vt in pluribus est malus. s. pter li bidinem ⁊ petulantiam. Quis te indu cit o iuuenis ad choreas: nō cuꝫ oibus sed cū illa ⁊ illa: nō cum alia: vere pro pter libidinē voluptuosam. vñ Hiero. ad Heliodorū. Non credā viro dicenti mihi se illū euasisse a spectaculis mu lierum: cū Dauid ex eo ꝙ vidit Bersa bee lauantē in libidinē sit puocatus. Si dauid ad visum cecidit quāto plus iuuenis ad tactum. ⁊ Ber. Cū mulieri bus habitare: ⁊ de mulieribus nō cogi tare maius est ꝙ mortuos suscitare. ⁊ Hiero. xxxij. c. hospitiolū tuum: aut ra ro: aut nunꝙ mulierum pedes terant: qꝫ nō pōt toto corde cū deo habitare qui feminarū accessibus copulat. Vñ Ec cle. xiij. Qui tetigerit picē iquinabit ab ea. Et quāuis aliqui hoc agāt vt cho rizent bono fine vt amici quīt nō tā pau ci sunt. ¶ Scdo rōne ⁊c. Illud p quod priuamur glia padisi est mortale pctm̄ qꝫ nō nisi p mortale dānamur. Sed p choreas priuamur gaudijs padisi. Igi tur ⁊c. Quid dicis Aug. in sermo. Nec enī decet xpianum toto aio odisse aut dānasse: qd̄ seculū diligit. Amat enim sermones impudicos: diligit saltatio nes ⁊ motus pudicos ⁊ incōpositos: ⁊ saltationes mūdi cōmercia sunt demo niorum. Ille preterea exēplo patꝫ per Grego. in. j. dyal. de puella quedā noie Musa que choreis erat dedita. Virgo ei apparuit cū multis puellis albis in dutis: ⁊ cū illa tam deuotam pcessio nem aspiceret ⁊ secū vellet sociari: vir go phibuit di. Qꝫ donec esset choreis dedita: nunꝙ venire posset ad choreas celi. Die. iij. migrās ad celū iuit. Sic in pposito: nec chorizans poterit saluari ¶ Tertio rōne ⁊c. Mulier inquit. Ori genes arma dyaboli: ideo demon dedi lit cōtra hoiem p medium mulieris. ⁊ hoc tripliciter. Primo p colloquium. Scdo p aspectū. Tertio p tactū. ¶ Pri mo p colloquium. Aplus. Corrumpunt

Digitized by Google

bonos mores colloquia mala. puerb. xi. In multiloquio nõ deerit pctm: maxime hoc colloquiũ est in choreis. O facies singularis. O paradisũ ocul'. o labra rubicũda: ⁊ alia vba inhonesta ꝓvocãtia ad libidinẽ. Et vt dicũt doctores. Omne verbũ ꝓuocatiuũ libidinis est mortale. o quot dicunt. Eccl. ix. Cũ saltatrice ne sis assidu': nec audias verba illius. Et puer. ix. Colloquiũ mulieris: q̃si ignis. Ad loquelã hõ agnoscit. Mat. xvi. Loquela tua manifestũ te facit. ⁊. ff. de tutorib' ⁊ curatorib' datis ab his. l. his q. §. fi. Ex sermonib' ⁊ loquelis cognoscit quis sapiẽs: ⁊ iudicatur insipiens. ¶ Scdo per aspectũ Hiero. Gladi' igneus. facies mulieris. Et in vitas patrum. q̃dam pater dixit fratrib'. Meli' est videre demoniũ ꝙ mulierẽ ornatã. Eccl. ix. Auerte facies tuã a muliere compta. i. ornata. Prateica. Iste sunt que se ornant diuersis coloribus ⁊ vnguẽtis. o Katherina da mihi scerdotiũ ⁊ aliã illam piscidam: que oĩa sunt pctm: vt Tho. dicit. Contra tales dauid. Facies peccatoꝝ sumitis: peccatoꝝ. i. demonũ. Afaytant capillos. Exemplũ in li. de septem donis. Quedã comitissa cuꝫ multũ esset liberalis ad pauperes. ⁊ orationibus dedita: sed multũ vana in ornatu capilloꝝ: apparuit cuidã familiari mulieri sue di. se esse dãnatã ꝓpter ornatuꝫ capilloꝝ capitis. Vñ vidit mulier illa caput habere plenũ serpẽtib' mordentibus ipm loco capilloꝝ in penam illius vanitatis. O vane mulieres. Deferũt secũ mille farluge. Ex vna parte leuitates. ex alia corallia. ab alia pectorale. Ex alia cultros desunt eis forpices: vt apparerent fabri equoꝝ. Talis ornatus est meretricib'. puer. vij. Ecce occurrit illi mulier in habitu meretricio ꝓparata ad decipiẽdas aias. quod dñs cõqueri. Isa. iij. Eleuate sunt filie ⁊ ambulauerũt extento collo ⁊ nutibu' oculoꝝ ibãt. ⁊ plaudebãt. ⁊ ambulabant. ⁊ pedib' suis composito gradu incedebãt. Inducunt plura mala. Cum paris duceret helenã pulcherrimã Troiam pbi ne ipsam eius facieꝫ viderẽt faciẽ cooperuerũt. ¶ Tertio ꝑ tactum. i. Coꝝ. vij. Bonum est viro nõ tãgere mulierẽ: qꝛ palea stat male apõ ignem. De leone papa legit. Cum manus eius quedaꝫ mulier ex deuotione esset osculata incidit in grauẽ tẽtatiõnem ꝓpter ꝙ spõtaneo dictãte manus abscidit: sed virgo postmodũ restituit. Preterea cum quendã nouiciũ reprehenderet magister Iodanus eo ꝙ mulieris manus tetigisset. Respondit ille frater. O pater est bona mulier. Cui dixit. Terra vtiqꝫ bona est ⁊ aqua bona tamen ex vtraqꝫ se contingente fit lutum. Unde patet quomodo chorea est peccatum ⁊c.

¶ Scdm dicit ⁊c. Tres malignitates hui' vitij ſm doctores nostros inuenio.

¶ Primum dr dyabolica inuentio.

¶ Scdm dicitur dyabolica excecatio.

¶ Tertiũ dr facilis periclitatio.

¶ Primũ dr ⁊c. Dyabolus inuenit choreas: qꝛ vt videm' ad oculũ chorea est q̃dam circuitus de vno loco ad aliũ. Et hoc est iter dyaboli. Ipse enim circuit. Johan. i. Interrogat' a domino. Unde venis. Respondit. Circuiui terram ⁊c. Et. i. Petri. viij. Aduersarius vester circuiuit ⁊c. Qui ergo tripudiãt dyaboli facit officium quod ipse inuenit: scilicet choreas. In hystoria scolastica legitur ꝙ in egypto erat quidaꝫ taurus: quem testatur Plinius se vidisse. Hic sepe egrediebatur de flumine. Ad quem cum confluerent egyptij cum omni genere musicorum. ipse eleuabatur in aere super eos saltando et chorizando. Et illi egyptij ad stationem ipsius in terra mouebantur. Hic

erat demon in forma tauri. Et ſic di
xerũt a demone bellare in tauro tráſ
figurato. Et exinde deuenit ille mod⁹
ad alias nationes. ¶ Preterea in libro
de apibus. In quodã caſtro alemanie.
Apparuerũt demões in formis diuer
ſis maſculoꝝ ⁊ feminarum ballãtes ⁊
tripudiãtes. Ad quoꝝ ſpectaculũ exi
re oẽs de caſtello. Et cũ ipſi demones
cõpleſſent ſuos ballos euanuere. Uñ
viri ⁊ mulieres didicerũt ab eis dya
bolicas tripudiatiões ⁊ inhoneſtas ſal
tatiões.. ¶ Scõa malignitas ⁊c. Exce
cantur tales a demone: q̄ choreas du
cunt in loco quo nõ oportet: qđ fatuũ
eſſe oſtendo triplici ratione ſm̃ archi
epiſcopum in. ij. parte.
¶ Prima: quia nõ competit loco.
¶ Scõa: quia nõ competit ſtatui
¶ Tertia: q̄ non cõpetit tempori.
¶ Prima: q̄ nõ ⁊c. Sumus in exilio q̄
deberem⁹ eſſe in celo. Uñ flendũ eſt.
Aug. In valle ſum⁹ miſerie in qua ma
gis flendũ eſt: eo q̄ minus flemus. Fi
gura. iiij. Reg. xv. de filijs iſrael. Cũ
inuitarentur ad cantãdũ dixerũt. Quõ
cantabim⁹ ⁊c. Ad ꝓpoſitũ de nobis.
Eccl. xxij. Muſica in luctu importuna
narratio. Qđ inſinuat nobis puer dũ
naſcit̃ q̄ ſtatim plãgit. Uñ ſolin⁹ li. ij.
c. iij. de mirabilib⁹ mũdi. Naſcẽtium
vox pma: vagit⁹ eſt: ſenſus leticie dif
fertur in. xl. dieꝫ ſolus zoroaſtes eadẽ
hora riſiſſe fert̃: nec hoc naturale fuit
bonũ. fuit eñ inuẽtor ydolatrie. ¶ Se
cũdo nõ cõpetit ſtatui: q̄ eſt vbiq; pe
riculoſus. Et quocũq; ſe vertit reperit
vbi triſtet̃. Primo ſi ſurſum videt celũ
qđ amiſit. Scđõ ſi deorſum videt iſer
num peractũ ꝓ malis. Tertio ſi ante
peccata ſua. Quarto ſi retro tempus
male amiſſum. Quinto ſi a dextris: de
mon: caro: mũdus. Sexto ſi a ſiniſtris
mortẽ cũ pharetra ⁊ ſagittis. Inter tot
pericula poſit⁹ homo: chorizare nõ de
bet. Fatuus eſſet quis q̄ ad furcas du
ctus vellet ridere. Oẽs ſumus ſenten
tiati ad furcã mortis. Uñ nõ eſt nobis
gaudẽdũ. ¶ Tertio nõ cõpetit tẽpori.
Tempus eñ vite noſtre eſt curſus ad
mortẽ. Eccl. xxxviij. Mihi heri ⁊ tibi
hodie. Et pl⁹ papa Dñe blãche in epi
ſtola ne obſtaret viro deliberãti ire ꝓ
fide catholica cõtra turcã. Fugit vita
mortalis ⁊ quaſi ſumus cito euaneſcit
Querẽda eſt altera: q̄ neq; moleſtias
habet neq; finẽ. Illic theſaurizãdũ eſt
illic aſpirãduꝫ. Uñ legit̃ de alexãdro
magno: qđ eo mortuo acceſſit. Dioge
nes phs ad tumulũ ſuũ ⁊ ait. O alex.
heri nõ ſufficiebat tibi totus mũdus.
hodie aũt ſepultura q̄nq; pedũ cõten
tus es. Ille. ⁊ ideo Petrar. v. Trium
tpis. Trãſeũt veſtre põpe ⁊ elationes
Trãſeũt dñia: trãſeũt regna. Oia mor
talia tẽpus intercidit. ¶ Tertia maligni
tas ⁊c. In nullo pctõ ita de facili hõ ca
dit ſicut in choreis. Quid dicis o pr̃
Augu. In ſaltationib⁹ dyabolus ſpar
git dulcedines luxuriarũ. Redit ma
trona domũ multis vocib⁹ ſtimulata.
Redit virgo iniq̄tad aurib⁹: nec virgo
itegra nec mulier maritata. Redit tur
ba adoleſcẽtiũ: nec dũ mulier ſib⁹ ꝯiũcta
⁊ cõſciẽtia lacerata. Ille. Et vere nõ eſt
paſſus: quos demõ non numeraret. Job
xxxi. Nonne greſſus meos dinũerasti.
Et cõiter tales ſunt implicati in diu
ſis diebus ⁊ feſtis. Et ita fit vt q̄ non
reſpexerũt feſta ſanctoꝝ. In morte ne
minẽ habeãt aduocatũ. ⁊ ſic deſperati
moriuntur. Ad q̄d dedit deus oculos:
aures: pedes: manus oẽs ſenſus. Nec
ad corporis officiũ. Sꝫ chorizãtes in
laudẽ demonis: oia iſta occupãt. ꝓpter
ea iniuriãt xp̄o in oibus mẽbris. Qui
dam ſctũs orauit iuxta crucẽ. q̄d mag
iram diuinam ꝓuocaret ad vindictã.
Rñdeo q̄ chorizãtes ꝑcipue ab illis vi
tuperãt. Extenſio brachioꝝ: reſpicũt

expenſionem chriſti in cruce pro nobis.
Sertum capitis xpi coronam ſignat.
Riſus qui fiunt in eo. Quõ fuit deriſus
a iudeis. Beletũ ſignat quõ fuit dela-
tus facie. ¶ Tertium dr ⁊c. Duplex pu
nitio. vna tẽporalis. alia ſpiritualis.
Primo temporalis in pñti. Exo. xxxij.
Cũ moyſes de monte deſcẽdiſſet cum
duabus tabulis ⁊ ad caſtra appropin-
quaſſet vidiſſetq3 choros mulie⁊ ⁊ ho
minũ chorizãtiũ ante vitulũ argenteũ
cõfregit tabulas. Iratuſq3 occidit oẽs
chorizãtes ſc3. xxiij. milia. Preterea ia
cobus da vitriaco refert q in quada3
villa ſaxonie: qdam ſtabant ad chori-
zandũ in natalib9 diebus. Preſbyter
eos redarguit cũ non vellent deſiſtere
impcatus eſt eis vltionẽ dicens. Pla-
ceat deo vt ſic ſtetis per annũ. Qđ ⁊ fa
ctum eſt. Nam per totum annũ nec fa
mes nec ſitis eis aduenit. ſ3 ſub aqua
pluuie per annum ſtantes quaſi beſtie
In capite anni veniã poſtulantes ve-
niã obtinuerũt. Epũs colonieñſis Uber
tus noie ab hoc vinculo eos abſoluit
⁊ eos deo ſuo reconciliauit. Preterea
Mar. vi. c. de iohãne baptiſta qui fuit
decolatus ab Herode Antippa pp̃ter
ſaltationẽ puelle in cõuiuio. Punitus
eſt cum muliere ⁊ puella. Unde tot fla
gella: cariſtie: bella. Certe a choreis: q̃
dum deberent deũ laudare ⁊ ſanctos
diebus dñicis ⁊ feſtis chorizant. Un-
de Ezechie. xxv. Pro eo q plauſiſti ma
nibus ⁊ gauiſa es ex toto affectu ſup
terram. Idcirco ego extendã manum
meã ſuper te. ⁊ tradã te in direptiones
⁊ interficiam te. ſ. eterna morte. ⁊ Iob
xxi. Tenent tympanũ ⁊ cytarã ⁊ gau-
dent ad ſonitũ organi. In puncto aũt
ad inferna deſcendunt. ¶ Scđa pena
ſpiritualis. Circulus diſcipulus beati
Hieronymi refert ſe habuiſſe nepotes:
qui in ſua iuuẽtute mortuus apparuit
Cyrillo dicẽs ſe eſſe dãnatum: q2 in lu
dis ⁊ choreis ſe miſcuerit. Preterea de
muliere choreis dedita. Quidam iuue
nis in ballo quodã venit oĩbus ignot9.
poſtq̃ vero multũ cũ quadã trepudiaſ
ſet: ſuſtulit mulierẽ cũ qua chorizabat
in vlnas que amplius nõ eſt viſa. Erat
enim demon ille iuuenis. Unde ad in
fernum conducta eſt.

¶ Dominica prima aduentus.
De aduentu meſſie.

Ecce rex tuus ve
nit tibi manſuetus ſe
dens ſuper aſinam.
Mat. xxi. Confundit
⁊ ad modum inexcu-
ſabilem reddit ratio
nalem creaturã bonitas diuina illius
ſupremi dei: que indefeſſe nõ ceſſat vo
citare errantẽ aĩam a vepribus ⁊ ſpi-
nis peccati ad ſtatum pprie ſalutis p
varios ⁊ diuerſos modos: ſic per com-
municationẽ bono⁊ temporaliũ. Sic
per bonas ⁊ ſanctas inſpirationes. Sic
per patibula mũdi. Sic etiã pncipalr
per piã ⁊ deuotã repñtationẽ adue-
niẽti filij ſui in carne mortali ſm repñ
ſentationẽ ſacroſctẽ ⁊ militãtis roma
ne eccleſie. Et ſicut grãde fuit deſide-
rium illo⁊ barbuto⁊ antiquo⁊ patrũ
veteris teſtamẽti: vidẽdi illũ facie ad
faciem: ita etiã noſtrũ ad ſancte ope-
randũ: qđ deuotus Ber. cõſiderãs l. ij.
ſermone ſuper Cañ. dicit. Ardorẽ deſi
derij patrũ ſuſpirantiũ xpi in carne pñ-
ſentiã frequẽtiſſime cogitã3 ⁊ compũ-
gor ⁊ cõfundor in memetipſo: ⁊ vix cõ
tineo lachrymas: ita pudet temporis
corporiſq3 miſerabiliũ tẽpo⁊ ho⁊. Cui
nanq3 noſtrũ tm̃ ingerat gaudiũ gra-
tie huius exhibitio q̃tum ſctis veteri
bus deſideriũ pmiſſio. Interſere ſup-
plicationes patrũ. In vbo confundor.
Hic eſt q̃ a patriarchis eſt acclamat9.
Iſa. xvi. Emitte agnu3 dñe dñatorem



Digitized by Google

terre. ❡ Secundo a ꝓphetis. Iſa. xlv.
Rorate celi deſup: ⁊ nubes pluant iu-
ſtū. ❡ Tertio a regib⁹. Oſtēde nobis
dñe miām tuā: ⁊ ſalutare tuū da no-
bis. ❡ Quarto a mulierib⁹. o emanuel
rex ⁊ legifer noſter expectatio gentiū
⁊ ſaluatio earū: veni ad ſaluandū nos
dñe de⁹ noſter. Ab eccleſia. Excita dñe
potentiā tuā ⁊ veni: vt ab imminētibus
⁊c. Et q: initiū peccati fuit ſupbia. ad
qđ curādū neceſſaria erat hūilitas: q:
in. ij. Ethi. Cōtraria ꝯ̄trijs curātur. ideo
humilitatē amplecti voluit ꝙ ad nos
veniēs humilis in carne venit. ideo di.
Dicite filie ſyon. i. hieruſalē. Ecce rex
tuus ⁊c. In q̄bus verbis: q: hodie ſctā
mater eccleſia in offi cijs ſuis nobis ꝓ
ponit illud ſtupēdū admirādūq3 bene
ficiū aduētus in eſſe filij dei in carne
quē tāto deſiderio antiq̄ patres petē
do expectarūt. ideo de eo ⁊ nos loque-
mur. De quo tria contemplabimur in
preſentiarum.

❡ Primum đ: congruitatis.
❡ Scđm dicitur inductionis.
❡ Tertium đ: modificationis.

❡ Primū đ: ⁊c. Querit dubiū vtrū fuit
cōueniēs xp̄m incarnari. Circa hoc du
plex opinio. Una ꝯcludit ꝙ nō. Ratio
illi⁹ eſt: q: vt dicit phs. ij. phi. Fruſtra
fit ⁊c. Sed de⁹ humanā gn̄ationē po
terat liberare alijs modis ꝙ̄ ꝑ incar-
nationē. Augu. li. de tri. c. x. Dicim⁹ et
aliū modū poſſibilē ei fuiſſe: cui⁹ pote
ſtati oīa ſubiacēt. Alia opinio ꝙ ſic: q:
iſte mod⁹ fuit dignior. Dan. li. iij. Can.
vij. Oēs alij modi erāt mihi efficaces
ad ſatiſfaciēdū niſi dei fili⁹ ad incarna
tionē ſui nō fuiſſet humiliat⁹. Ad hāc
difficultatem. Tho. iij. parte. q. i. ar. i.
In. iij. diſtin. i. q̄ſtione. i. ar. ij. In. iiij.
cōtra ca. xlix. Et. lv. Bona. iij. diſt. xx.
magiſter. iij. di. xx. qđ ꝯueniēs fuit xp̄s
incarnari. Que ꝯcluſio ꝓbat vera tri-
plici rōne in p̄ſentiarū ſm doctores.

❡ Primo rōne diuinalis cōicationis.
❡ Secundo rōne diuinalis liberalitatis.
❡ Tertio rōe nature hūane exaltatōis.

❡ Primo ⁊c. Cōcluſio eſt Tho. iij. par.
q. i. ar. i. Qđ vnicuiq3 rei illud eſt ſibi
cōueniēs qđ ei ꝯuenit ſm ꝓprietatem
ſue nature. Exēpli gra. Cōuenit ſoli il-
luminare. Igni calefacere: hoi ſermoci
nari. Unicuiq3 rei ⁊c. Ad ꝓpoſitū. Na
tura diuina ſummi dei: nō eſt aliud niſi
miā ⁊ clementia: vt ꝓbat Diony. iiij.
de di. Cum ergo ſit ſumme bon⁹ ⁊ mi-
ſericors debet illā cōicare hominib⁹ oſtē
dere ⁊ declarare ⁊ facere nobis intelli
gibilē. quia vt habet Dio. iiij. di. ⁊ phs
i. ethi. ⁊. ij. anime. Bonū eſt ſui diffu.
Propriū bonum eſt ſeipm cōicare. De
ipſa dauid. Apud dñm ⁊c. De peni. di
ſtin. i. c. multiplex. Miſericordie domi
ni nec menſuras ponere poſſumus ⁊c.
Et de peni. di. i. diuinitatis natura cle
mens eſt ⁊ pia: magiſq3 ad indulgen
tiam prona ꝙ̄ ad vindictam. C. de cō
ptis. l. imperialis. Nos ita credimus
dei beniuolentiā ⁊ circa genus huma
num nimiā clementiā ꝙ̄tū3 noſtre na
ture poſſibile eſt imitari. Qui quoti
dianis hoim peccatis ſemper ignoſce
re dignatur: ⁊ penitentiā noſtrā ſuſci
pere. Ibi. Et dañ. li. iij. purga. Pecca
ta noſtra horribilia fuerūt: ſed diuina
bonitas habet tam lata brachia q̄ ca
pit quecūq3 ad illam cōuertūtur. Beni
gnus ergo deus debebat illā miām cō
municare. In teſtamēto veteri. Deus
erat rigidus. ps. Deus vltionū dñs ⁊c.
Eccl'. xx. Ego ſum dñs deus tuus for
tis zelotes viſitās iniq̄tatē patrū in fi
lios in tertiā ⁊ quartā gn̄ationē eorū
qui oderūt me. Non dicebat pater: ſed
deus iuſticie. Quidā ligna colligens
die ſabbati: precepto domini lapida
tus eſt. Similiter alius blaſphemans
Dānauit luciferum in perpetuū. Ex
pulit Adā de paradiſo. Gen. iij. Miſit

diluuium in terra. Gen. vij. Miſit ſul-
phur ⁊ ignẽ ſup ſodomam ⁊c. Gen. xix.
Submerſit pharaonẽ. Exod. xiiij. per
cuſſit: xx iij. milia ꝓpter adorationẽ vi
tuli. Exo. xxxij. c. ꝑcuſſit. clxxxv. milia
ex ꝑcō blaſphemie de ꝑplo Sennache
rib. iiij. Reg. xix. de ꝑplo Dauid. lxx. mor
tui ſunt. ij. Reg. vlti. Debebat ergo mi
ſericordias ſuas declarare. Sed meliori
modo eã nõ potuit oſtendere ꝙ vt no-
biſcum conuerſaretur: qꝛ vt hꝫ phs. viij.
ethi. Nihil eſt tam ꝓprium amicorum
ꝙ ſimul viuere ⁊ ſimul cõuerſari. Non
te ſcandalizat ſi quẽ vides aſſociatus.
Ipſe aũt vt hanc amicitiã oſtenderet
nobiſcũ cõmorat⁹ eſt. Baruch. iij. Poſt
hec in terris viſus eſt: ⁊ cũ hoibus ⁊c.
Sed hec amicitia plene completa eſt:
quãdo verbum factũ eſt caro. vñ Hie-
ro. ad Damaſ. papam de filio ꝓdigo.
Que maior põt eſſe clemẽtia ꝙ vt fili
us dei filius hois putaretur decẽ men
ſium faſtidia ſuſtineret: partus expe-
ctaret aduẽtum inuolueret pãnis ſub
iceretur parentibus: p ſingulas adole
ret etates: ⁊ poſt contumelias vocum:
alapas ⁊ flagella crucis p nobis fieret
maledictum vt nos a maledicto legis
